ܝܫܘܥ. ܐܠܘ ܒܢܝܐ ܕܐܒܪܗܡ ܐܢܬܘܢ ܗܘܝܬܘܢ ܀ ܥܒܕ̈ܐ ܕ
29 ܕܐܒܪܗܡ ܥܒܕܝܢ ܗܘܝܬܘܢ. ܗܫܐ ܕܝܢ ܒܥܝܢ ܐܢܬܘܢ
ܠܡܩܛܠܢܝ. ܠܓܒܪܐ ܗܘ ܕܫܪܪܐ ܠܟܘܢ ܡܠܠܬ ܀ ܗܘ ܕܫܡܥܬ
30 ܡܢ ܐܠܗܐ ܀ ܗܕܐ ܐܒܪܗܡ ܠܐ ܥܒܕ ܀ ܐܢܬܘܢ ܥܒܕܝܢ ܐܢܬܘܢ
ܥܒܕ̈ܐ ܕܐܒܘܟܘܢ ܀ ܐܡܪܘ ※ ܗܟܝܠ ↙ ܠܗ. ܚܢܢ ܡܢ
31 ܙܢܝܘܬܐ ܠܐ ܐܬܝܠܕܢ. ܚܕ ܐܒܐ ܐܝܬ ܠܢ ܐܠܗܐ ܀ ܐܡܪ ܠܗܘܢ
ܝܫܘܥ. ܐܠܘ ܐܠܗܐ ܐܒܐ ܕܝܠܟܘܢ ܐܝܬܘܗܝ ܗܘܐ ܀ ܡܚܒܝܢ
ܗܘܝܬܘܢ ܠܝ. ܐܢܐ ܓܝܪ ܡܢ ܐܠܗܐ ܢܦܩܬ ܘܐܬܝܬ ܀ ܠܐ ܓܝܪ

27 ÷ in vobis ↙. Ego quod vidi apud Patrem meum loquor, et vos
28 igitur † quod vidiſtis apud patrem veſtrum facitis. Responde-
runt, et dixerunt ei, Pater noſter Abrahamus eſt. Dixit iis Jeſus,
29 Si filii Abrahami eſſetis, opera Abrahami faceretis. Nunc autem
quæritis interficere me, hominem qui veritatem vobis loquutus
30 ſum, quam audivi a Deo: hoc Abrahamus non fecit. Vos facitis
opera patris veſtri. Dixerunt ※ igitur ↙ ei, Nos ex ſcortatione
31 non nati ſumus: unum patrem habemus, Deum. Dixit iis
Jeſus, Si Deus pater veſter eſſet, diligeretis me: ego enim ex
Deo prodii, et veni: non enim a meipſo prodii, et veni, ſed ille

1 ܗܘ ܕܚܙܝܬܘܢ ܠܘܬ ܐܒܐ ܕܝܠܟܘܢ] In margine MSti (ܗܘ) ܕܫܡܥܬܘܢ ܡܢ (ܐܒܐ ܕܝܠܟܘܢ)

† quod vidiſtis apud Patrem veſtrum] Lectio marg. (quod) Audiſtis a (patre veſtro)

32 ܗܘ ܐܢܐ ܡܢܗ ܢܦܩܬ ܘܐܬܝܬ. ܐܠܐ ܗܘ ܠܝ ܫܕܪ. ܡܛܠ
ܡܢܐ ܠܡܡܠܠܐ ܗܘ ܕܝܠܝ ܠܐ ܝܕܥܝܢ ܐܢܬܘܢ. ܡܛܠ
33 ܕܠܐ ܡܫܟܚܝܢ ܐܢܬܘܢ ܠܡܫܡܥ ܠܡܠܬܐ ܕܝܠܝ. ܐܢܬܘܢ ܡܢ
ܐܒܐ ܐܟܠܩܪܨܐ ܐܢܬܘܢ: ܘܠܪ̈ܓܝܓܬܗ ܕܐܒܐ ܕܝܠܟܘܢ
ܨܒܝܢ ܐܢܬܘܢ ܠܡܥܒܕ. ܗܘ ܩܛܠܐ ܕܐܢܫܐ ܐܝܬܘܗܝ ܡܢ
ܫܘܪܝܐ: ܘܒܫܪܪܐ ܠܐ [1]ܩܡ: ܡܛܠ ܕܠܐ ܐܝܬܘܗܝ ܫܪܪܐ
ܒܗ. ܐܡܬܝ ܕܡܡܠܠ ܕܓܠܘܬܐ ܡܢ ܗܠܝܢ ܕܝܠܗ
34 ܡܡܠܠ. ܡܛܠ ܕܕܓܠܐ ܐܝܬܘܗܝ ܐܦ ܐܒܐ ܕܝܠܗ: ܐܢܐ
ܕܝܢ ܡܛܠ ܕܫܪܪܐ ܐܡܪ ܐܢܐ: ܡܛܠ ܡܢܐ ܐܢܬܘܢ ܠܐ
35 ܡܗܝܡܢܝܢ ܠܝ. ܡܢܘ ܡܢܟܘܢ ܡܟܣ ܠܝ ܡܛܠ
ܚܛܝܬܐ. ܐܢ ܫܪܪܐ ܐܡܪ ܐܢܐ: ܡܛܠ ܡܢܐ ܐܢܬܘܢ ܠܐ
36 ܡܗܝܡܢܝܢ ܐܢܬܘܢ ܠܝ. ܗܘ ܕܐܝܬܘܗܝ ܡܢ ܐܠܗܐ ܠܡ̈ܠܐ
ܕܐܠܗܐ ܫܡܥ. ܡܛܠ ܗܕܐ ܐܢܬܘܢ ܠܐ ܫܡܥܝܢ ܐܢܬܘܢ:
37 ܡܛܠ ܕܡܢ ܐܠܗܐ ܠܐ ܐܝܬܝܟܘܢ܀ ܥܢܘ ܝܗܘܕܝܐ ܘܐܡܪܝܢ

me misit. Quare loquelam meam non cognoscitis? quia non 32
potestis audire sermonem meum. Vos ex patre diabolo estis, et 33
desideria patris vestri vultis facere. Ille homicida erat a principio,
et in veritate non † stetit, quia non est veritas in eo. Quum lo-
quitur mendacium, de suis loquitur, quia mendax est, et pater
ejus. Ego autem quia veritatem dico, quare vos non creditis 34
mihi? Quis ex vobis arguit me de peccato? si veritatem dico, 35
quare vos non creditis mihi? Qui est ex Deo, verba Dei audit: 36
propter hoc vos non auditis, quia ex Deo non estis. Responde- 37

1 ܩܡ] In margine MSti ܩܐܡ

† stetit] Lectio marg. Stat.

ܘܐܡܪܘ ܠܗ. ܠܘ ܫܦܝܪܐܝܬ ܚܢܢ ܐܡܪܝܢ. ܕܫܡܪܝܐ [1] ܐܢܬ
38 ܘܕܝܘܐ ܐܝܬ ܠܟ. ܥܢܐ ܝܫܘܥ. ܐܢܐ ܕܝܘܐ ܠܐ ܐܝܬ ܠܝ. ܐܠܐ
39 ܡܝܩܪ ܐܢܐ ܠܐܒܐ ܕܝܠܝ. ܘܐܢܬܘܢ ܡܨܥܪܝܢ ܐܢܬܘܢ ܠܝ. ܐܢܐ
ܕܝܢ ܠܐ ܒܥܐ ܐܢܐ ܫܘܒܚܐ ܕܝܠܝ. ܐܝܬܘܗܝ ܗܘ ܕܒܥܐ ܘܕܐܢ.
40 ܐܡܝܢ ܐܡܝܢ ܐܡܪ ܐܢܐ ܠܟܘܢ. ܕܐܢ ܐܢܫ ܠܡܠܬܐ ܗܝ ܕܝܠܝ
41 ܢܛܪ. ܡܘܬܐ ܠܐ ܢܚܙܐ ܠܥܠܡ. ܐܡܪܘ ܗܟܝܠ ܠܗ ܝܗܘܕܝܐ.
ܗܫܐ ܝܕܥܝܢ ܚܢܢ ܕܕܝܘܐ ܐܝܬ ܠܟ. ܐܒܪܗܡ ܡܝܬ ܘܢܒܝܐ. ܘܐܢܬ
ܐܡܪ ܐܢܬ ܕܐܢ ܐܢܫ ܠܡܠܬܐ ܕܝܠܝ ܢܛܪ. ܠܐ ܢܛܥܘܡ ܡܘܬܐ
42 ܠܥܠܡ. ܠܡܐ ܐܢܬ ܪܒ ܐܢܬ ܡܢ ܐܒܐ ܕܝܠܢ ܐܒܪܗܡ.
ܗܘ ܐܝܢܐ ܕܡܝܬ ܘܢܒܝܐ⁻ ܕܡܝܬܘ. [2] ܡܢܘ ܐܢܬ ܠܟ
43 ܥܒܕ ܐܢܬ. ܥܢܐ ܝܫܘܥ. ܐܢ ܐܢܐ ܠܝ ܡܫܒܚ ܐܢܐ.

runt igitur Judæi, et dixerunt ei, Nonne bene nos dicimus quod
38 Samaritanus † es, et dæmonium habes? Respondit Jesus, Ego
dæmonium non habeo, sed honoro Patrem meum, et vos inhonora-
39 tis me. Ego autem non quæro gloriam meam: est qui quærit, et
40 judicat. Amen amen dico vobis, si quis sermonem meum serva-
41 verit, mortem non videbit in æternum. Dixerunt igitur ei Judæi,
Nunc novimus quod dæmonium habes: Abrahamus mortuus est,
et prophetæ; et tu dicis, Si quis sermonem meum servaverit, non
42 gustabit mortem in æternum? Num tu major es quam pater
noster Abrahamus, qui mortuus est, et [*quam*] prophetæ ⁻ qui ✓
43 mortui sunt? ‡ Quem teipsum facis? Respondit Jesus, Si me-

1 ܐܢܬ] In margine MSti (ܐܢܬ) ܐܢܬ

2 ܡܢܘ ܐܢܬ ܠܟ] (ܡܢܘ ܐܢܬ ܠܟ) ܪܒܐ

ܥܒܕ ܐܢܬ (ܥܒܕ ܐܢܬ)

† es] Lectio marg. (es) Tu.

‡ quem teipsum facis?] (quem te) Magnum (facis?)

ܠܡܫܒܚܘ ܐܢܐ ܕܝܠܝ ܘܠܐ ܡܕܡ ܐܝܬܘܗܝ܂ ܐܝܬܘܗܝ ܐܒܐ ※ ܕܝܠܝ
ܗܘ ܕܡܫܒܚ ܠܝ܂ ܠܗܘ ܕܐܢܬܘܢ ܐܡܪܝܢ ܐܢܬܘܢ ܕܐܠܗܢ ܗܘ
44 ܕܝܠܢ ܐܝܬܘܗܝ܂ ܘܠܐ ܝܕܥܬܘܢܝܗܝ܂ ܐܢܐ ܕܝܢ ܝܕܥ ܐܢܐ ܠܗ܆
ܘܐܢ ܐܡܪ ܐܢܐ ܕܠܐ ܝܕܥ ܐܢܐ ܠܗ܆ ܗܘܐ ܐܢܐ ܠܝ ܕܕܡܐ ܠܟܘܢ ܕܓܠܐ܂
45 ܐܠܐ ܝܕܥ ܐܢܐ ܠܗ܂ ܘܡܠܬܗ ܕܝܠܗ ܢܛܪ ܐܢܐ܂ ܐܒܪܗܡ ܗܘ
ܐܒܐ ܕܝܠܟܘܢ ܪܘܙ ܗܘܐ ܕܢܚܙܐ ܠܝܘܡܐ ܕܝܠܝ܂ ܘܚܙܐ ܘܚܕܝ܀
46 ܐܡܪܘ ܗܟܝܠ ܝܗܘܕܝܐ ܠܘܬܗ܂ ܕܚܡܫܝܢ ܫܢܝܢ ܥܕܟܝܠ ܠܐ
47 ܐܝܬ ܠܟ ܘܠܐܒܪܗܡ ܚܙܝܬ܆ ܘܐܡܪ ܠܗܘܢ ܝܫܘܥ܂ ܐܡܝܢ
ܐܡܝܢ ܐܡܪ ܐܢܐ ܠܟܘܢ܆ ܕܩܕܡ ܕܐܒܪܗܡ ܢܗܘܐ
48 ܐܢܐ ܐܝܬܝ܂ ܫܩܠܘ ܗܟܝܠ ܟܐܦܐ ܕܢܪܓܡܘܢ ܒܠܘܬܗ܂
ܝܫܘܥ ܕܝܢ ܐܬܛܫܝ ܘܢܦܩ ܡܢ ܗܝܟܠܐ܆ ܟܕ ܥܒܪ ܒܝܢ ܡܨܥܬܗܘܢ܂
CAP. IX. 1 ܕܝܠܗܘܢ ※[1] ܘܐܙܠ ܗܘܐ܂ ܘܥܒܪ ܗܟܢܐ܀ ܘܟܕ ܥܒܪ܆ ܚܙܐ
2 ܠܒܪܢܫܐ ܣܡܝܐ ܕܡܢ ܡܘܠܕܐ܂ ܘܫܐܠܘܗܝ ܬܠܡܝܕܘܗܝ ܕܐܡܪܝܢ
ܪܒܝ܆ ܡܢܘ܆ ܚܛܐ ܗܢܐ ܐܘ ܐܒܗܘܗܝ܆ ܕܣܡܝܐ

ipſum glorifico, gloria mea nihil eſt: eſt Pater ※ meus ✓ qui glori-
ficat me, de quo vos dicitis, Deus noſter eſt. Et non noſtis eum; 44
ego autem novi eum: et ſi dicerem quod non novi eum, eſſem
ſimilis vobis, mendax: ſed novi eum, et ſermonem ejus ſervo.
Abrahamus pater veſter exultabat ut videret diem meum: et vidit, 45
et gaviſus eſt. Dixerunt igitur Judæi ad eum, Quinquaginta 46
annos nondum habes, et Abrahamum vidiſti? Et dixit iis Jeſus, 47
Amen amen dico vobis, quod antequam Abrahamus eſſet, ego
ſum. Suſtulerunt igitur lapides ut jacerent in eum: Jeſus autem 48
abſcondit ſe, et exivit e templo, quum tranſiviſſet per medium
CAP. IX. eorum: ※ *et* abiit ✓ et præteriit ita. Et præteriens vidit hominem 1
cæcum a nativitate. Et interrogaverunt eum diſcipuli ejus, di- 2
centes, Rabi, quis peccavit, hic, an parentes ejus, ut cæcus

1 ※ ܘܐܙܠ ܗܘܐ] *Vide Notas.*

3 ܕܣܡܝܐ ܢܬܝܠܕ. ܥܢܐ ܝܫܘܥ. ܘܠܐ ܗܢܐ ܚܛܐ ܘܠܐ ܐܒܗ̈ܘ
4 ܗܝ ܀ ܐܠܐ ܕܢܬܓܠܘܢ ܥܒ̈ܕܘܗܝ ܕܐܠܗܐ ܒܗ. ܠܝ
ܘܠܐ ܠܡܥܒܕ ܥܒ̈ܕܐ ܕܗܘ ܕܫܕܪܢܝ ܀ [1]ܥܕܡܐ ܕܐܝܡܡܐ ܐܝܬܘܗܝ.
5 ܐܬܐ ܠܠܝܐ ܐܡܬܝ ܕܠܐ ܐܢܫ ܡܫܟܚ ܠܡܦܠܚ. ܟܡܐ ܕܒܥܠܡܐ
6 ܐܝܬܝ. ܢܘܗܪܗ ܐܢܐ ܕܥܠܡܐ. ܟܕ ܗܠܝܢ ܐܡܪ ܀ ܪܩ
ܒܐܪܥܐ ܘܥܒܕ ܛܝܢܐ ܡܢ ܪܘܩܐ ܀ ܘܛܫܗ ܠܗܘ ܛܝܢܐ ܥܠ
7 ܥܝ̈ܢܘܗܝ ܕܗܘ ܣܡܝܐ. ܘܐܡܪ ܠܗ. ܙܠ ܐܫܝܓ
ܒܡܥܡܘܕܝܬܐ * ܕܫܝܠܘܚܐ [2]ܕܡܬܦܫܩ ܫܠܝܚܐ. ܐܙܠ * σιλωμ
8 ܗܟܝܠ ܘܐܫܝܓ ܀ ܘܐܬܐ ܟܕ ܚܙܐ. ܫܒ̈ܒܘܗܝ ܗܟܝܠ ܘܗܢܘܢ
ܕܚܙܝܢ ܗܘܘ ܠܗ ܡܢ ܩܕܝܡ ܀ ܕܚܕܪܐ ܐܝܬܘܗܝ ܗܘܐ ܀ ܐܡܪܝܢ
9 ܗܘܘ. ܠܘ ܗܢܐ ܐܝܬܘܗܝ ܗܘ ܕܝܬܒ ܘܚܕܪ ܀ [3]ܐܚܪ̈ܢܐ ܐܡܪܝܢ

3 nasceretur? Respondit Jesus, Neque hic peccavit, neque pa-
4 rentes ejus, sed ut manifestentur opera Dei in illo. Me oportet
facere opera illius qui misit me, † donec dies est: venit nox,
5 quando nemo potest operari. ` Quamdiu in mundo sum, Lux
6 sum mundi. Quum hæc dixisset, spuit in terram, et fecit lutum
7 ex sputo, et illevit lutum super oculos cæci. Et dixit ei,
Abi, lava in baptisterio ‡ Siloam (quod exponitur, Missus).
8 Abiit igitur et lavit, et venit videns. Vicini ergo, et illi
qui videbant eum prius, quod mendicus esset, dicebant, Nonne
9 hic est qui sedebat et mendicabat? || Alii dicebant, Hic

1 ܥܕܡܐ] In margine MSti ܥܕܡܐ ܟܡܐ

2 ܫܠܝܚܐ] ܫܠܝܚܐ. ܕܡܬܦܫܩ ܘܐܙܠ αποςαλμενος

3 ܐܚܪ̈ܢܐ] (ܐܚܪ̈ܢܐ) ܕܝܢ

† donec] Lectio marg. Quamdiu.

‡ *Vide Notas.*

|| alii] (alii) Autem.

ܗܘܐ. ܗܢܘ ܐܝܬܘܗܝ. ¹ܐܚܪ̈ܢܐ ܕܝܢ܆ ܕܕܡܐ ܠܗ ܗܘ ܐܝܬܘܗܝ.
10 ܗܘ ⁎ ܕܝܢ܃ ܐܡܪ ܗܘܐ. ܕܐܢܐ ܐܢܐ܀ ܐܡܪܝܢ ܗܘܘ ܗܟܝܠ
11 ܠܗ. ܐܝܟܢܐ ⁎ ܗܟܝܠ܃ ܐܬܦܬܚ̈ܝ ܥܝ̈ܢܐ ܕܝܠܟ܀ ܥܢܐ ܗܘ
ܘܐܡܪ. ܓܒܪܐ ⁎ ܗܘ ܕܝ̇܃ ܕܡܬܐܡܪ ܝܫܘܥ܆ ܛܝܢܐ ܥܒܕ
ܘܛܫ ܥܠ ܥܝ̈ܢܝ ܘܐܡܪ ܠܝ܆ ²ܙܠ ܠܡܥܡܘܕܝܬܐ ܕ
ܫܝܠܘܚܐ ܘܐܫܝܓ. ܟܕ ܐܙܠܬ ³ܕܝܢ ܘܐܫܝܓܬ܆ ܚܙܝܬ܀
12 ܐܡܪܘ ܗܟܝܠ ܠܗ. ܐܝܟܐ ܐܝܬܘܗܝ ܗܘ܀ ܐܡܪ ܠܐ ܝܕܥ ܐܢܐ.
14 13 ܡܝܬܝܢ ܠܗ ܠܘܬ ܦܪ̈ܝܫܐ܆ ܠܗܘ ܕܡܢ ܩܕܡ ܣܡܝܐ. ܐܝܬܘܗܝ

est; † alii autem, Similis ei est: ipse ⁎ autem ✓ dicebat, Ego
10 sum. Dicebant ergo ei, Quomodo ⁎ igitur ✓ aperti sunt oculi
11 tui? Respondit ipse, et dixit, Homo ⁎ qui ✓ dictus *est* Jesus,
lutum fecit, et illevit super oculos meos, et dixit mihi, ‡ Abi ad
baptisterium Siloam, et lava. Quum abiissem § autem et lavissem,
12 13 vidi. Dixerunt igitur ei, Ubi est ille? Dixit, Nescio. Ad-
14 ducunt eum ad Pharisæos qui quondam cæcus *fuerat*. Erat autem

1 ܐܚܪ̈ܢܐ ܕܝܢ܆ ܕܕܡܐ ܠܗ ܐܝܬܘܗܝ] In margine MSti (ܐܚܪ̈ܢܐ ܕܝܢ) ܐܡܪܝܢ ܗܘܘ ܠܐ. ܐܠܐ ܕܕܡܐ (ܠܗ ܐܝܬܘܗܝ)

2 ܙܠ ܠܡܥܡܘܕܝܬܐ ܕܫܝܠܘܚܐ ܘܐܫܝܓ] (ܙܠ ܘ) ܐܫܝܓ ܒܡܥܡܘܕܝܬܐ ܕܫܝܠܘܚܐ܀

3 ܕܝܢ] ܗܟܝܠ

† alii autem, Similis ei est] Lectio marg. (alii autem) Dicebant, Non; sed similis (ei est)

‡ Abi ad baptisterium Siloam, et lava] (Abi, et) Lava in baptisterio Siloam.

§ autem] Igitur.

ܗܘܐ ܕܝܢ ܫܒܬܐ܆ ¹ܟܕ ܛܝܢܐ ܥܒܕ ܗܘ ܝܫܘܥ ܘܦܬܚ
15 ܠܥܝ̈ܢܐ ܕܝܠܗ܀ ܬܘܒ ܗܟܝܠ ܡܫܐܠܝܢ ܗܘܘ ܠܗ ܐܦ
ܦܪ̈ܝܫܐ܆ ܐܝܟܢܐ ܚܙܐ܀ ܗܘ ܕܝܢ ܐܡܪ ܠܗܘܢ܆ ܛܝܢܐ ܣܡ
16 ܠܝ ܥܠ ܥܝ̈ܢܐ܆ ܘܐܫܝܓܬ ܘܚܙܐ ܐܢܐ܀ ܐܡܪܝܢ ܗܟܝܠ ܐܢܫܝܢ
ܡܢ ܦܪ̈ܝܫܐ. ܗܢܐ ܓܒܪܐ ܠܐ ܐܝܬܘܗܝ ܡܢ ܐܠܗܐ܆ ܡܛܠ
ܕܫܒܬܐ ܠܐ ܢܛܪ. ܐܚܪ̈ܢܐ ܐܡܪܝܢ ܗܘܘ܆ ܐܝܟܢܐ ܡܨܐ ܓܒܪܐ ܚܛܝܐ
ܠܡܥܒܕ ܐܝܟ ܗܠܝܢ ܐܬ̈ܘܬܐ. ܘܣܕܩܐ ܐܝܬ ܗܘܐ ܒܝܢܬܗܘܢ܀
17 ܐܡܪܝܢ ※ ܗܟܝܠ ✓ ܠܗܘ ܣܡܝܐ ܬܘܒ. ܐܢܬ ܡܢܐ ܐܡܪ ܐܢܬ ܥܠܘܗܝ
ܡܛܠܬܗ ܕܦܬܚ ܥܝ̈ܢܐ ܕܝܠܟ܆ ܗܘ ܕܝܢ ܐܡܪ. ܕܢܒܝܐ
18 ܐܝܬܘܗܝ. ܠܐ ܗܝܡܢܘ ܗܟܝܠ ܝܗ̈ܘܕܝܐ ܡܛܠܬܗ ܕܣܡܝܐ
ܐܝܬܘܗܝ ܗܘܐ ܘܚܙܐ. ܥܕܡܐ ܕܩܪܘ ܠܐܒ̈ܗܘܗܝ ܕܝܠܗ ܕܗܘ ܕܚܙܐ܀
19 ܘܫܐܠܘ ܐܢܘܢ ܟܕ ܐܡܪܝܢ܆ ܗܢܐ ܐܝܬܘܗܝ ܒܪܐ ܕܝܠܟܘܢ܆
ܗܘ ܕܐܢܬܘܢ ܐܡܪܝܢ ܐܢܬܘܢ ܕܣܡܝܐ ܐܬܝܠܕ܆ ܐܝܟܢܐ

Sabbathum † quum lutum fecit Jeſus, et aperuit oculos ejus.
15 Iterum igitur interrogabant eum et Phariſæi, quomodo vidiſſet.
Ipſe autem dixit et iis, Lutum poſuit mihi ſuper oculos, et lavi,
16 et video. Dicunt igitur quidam ex Phariſæis, Hic homo non eſt
a Deo, quia Sabbathum non ſervat. Alii dicebant, Quomodo po-
teſt homo peccator talia ſigna facere? Et diſſidium erat inter eos.
17 Dicunt ※ igitur ✓ cæco iterum, Tu quid dicis de illo, quod aperuit
18 oculos tuos? Ipſe autem dixit, Propheta eſt. Non crediderunt
igitur Judæi de eo quod cæcus fuiſſet, et vidiſſet, donec vocarunt
19 parentes ejus qui vidit. Et interrogaverunt eos, dicentes, Hic
eſt filius veſter, quem vos dicitis quod cæcus natus eſt? Quomodo

1 ܟܕ] In margine MSti ܒܝܘܡܐ

† quum] Lectio marg. *quo* Die.

20 ܗܟܝܠ ܗܫܐ ܚܙܐ܀ ܥܢܘ ܕܝܢ ܠܗܘܢ ܐܒ̈ܗܘܗܝ ܘܐܡܪܘ.
21 ܝܕܥܝܢ ܕܗܢܐ ܐܝܬܘܗܝ ܒܪܐ ܕܝܠܢ܆ ܘܕܣܡܝܐ ܐܬܝܠܕ܀ ܐܝܟܢܐ
ܕܝܢ ܗܫܐ ܚܙܐ ܠܐ ܝܕܥܝܢ܆ ܐܘ ܡܢܘ ܦܬܚ ܥܝܢ̈ܘܗܝ܆ ܚܢܢ
ܠܐ ܝܕܥܝܢ. ܡܫܘܚܬܐ ܐܝܬ ܠܗ. ܠܗ ܫܐܠܘܗܝ. ܗܘ ܡܛܠܬܗ
22 ܕܢܦܫܗ ܢܡܠܠ. ܗܠܝܢ ܐܡܪܘ ܐܒ̈ܗܘܗܝ܆ ܡܛܠ ܕܕܚܠܝܢ
ܗܘܘ ܡܢ ܝܗܘܕܝ̈ܐ. ܡܢ ܟܕܘ ܓܝܪ *ܐܫܬܘܝܘ ܗܘܘ ܝܗܘܕܝ̈ܐ܆ ܕܐܢ ܐܢܫ * συνετέθειντο
23 ܢܘܕܐ ܠܗ ܡܫܝܚܐ. ܠܒܪ ܡܢ ܟܢܘܫܬܐ ܢܗܘܐ. ܡܛܠܗܢܐ
ܐܒ̈ܗܘܗܝ ܐܡܪܘ. ܕܡܫܘܚܬܐ ܐܝܬ ܠܗ܆ ܠܗ ܗܘ ܫܐܠܘܗܝ܀
24 ܩܪܘܗܝ ܗܟܝܠ ܡܢ ܕܬܪܬܝܢ ܠܒܪܢܫܐ ܗܘ ܕܐܝܬܘܗܝ ܗܘܐ
ܣܡܝܐ܆ ܘܐܡܪܘ ܠܗ. ܗܒ ܫܘܒܚܐ ܠܐܠܗܐ. ܚܢܢ ܝܕܥܝܢ܆
25 ܕܒܪܢܫܐ ܗܢܐ ܚܛܝܐ ܐܝܬܘܗܝ. ܥܢܐ ܗܟܝܠ ܗܘ܆ ܐܢ ܚܛܝܐ
ܐܝܬܘܗܝ ܠܐ ܝܕܥ ܐܢܐ܆ ܚܕܐ ܝܕܥ ܐܢܐ܆ ܕܟܕ ܣܡܝܐ ܐܝܬܝ ܗܘܝܬ܀
26 ܗܫܐ ܚܙܐ ܐܢܐ܀ ܐܡܪܘ ܠܗ ܕܝܢ ܬܘܒ. ܡܢܐ ܥܒܕ
27 ܠܟ. ܐܝܟܢܐ ܦܬܚ ܥܝܢ̈ܝܟ. ܥܢܐ ܠܗܘܢ܀

igitur nunc videt? Respondерunt autem iis parentes ejus, et 20
dixerunt, Novimus quod hic est filius noster, et quod cæcus
natus est; Quomodo autem jam videat, non novimus, aut quis 21
aperuit oculos ejus non novimus: staturam habet, ipsum inter-
rogate: ipse de seipso loquatur. Hæc dixerunt parentes ejus, 22
quia timebant Judæos: jam enim statuerant Judæi quod si quis
confiteretur eum Christum *esse*, extra synagogam fieret. Propter 23
hoc parentes ejus dixerunt, Staturam habet, ipsum interrogate.
Vocarunt igitur secunda *vice* hominem qui fuerat cæcus, et dix- 24
erunt ei, Da gloriam Deo: nos novimus quod homo hic pec-
cator est. Respondit igitur ille, Si peccator est, nescio: unum 25
scio, quod quum cæcus fuerim, nunc video. Dixerunt ei autem 26
rursus, Quid fecit tibi? Quomodo aperuit oculos tuos? Respondit 27

ܐܡܪܬ ܠܟܘܢ ܡܢ ܟܕܘ. ܘܠܐ ܫܡܥܬܘܢ. ܡܢܐ ܨܒܝܢ ܐܢܬܘܢ
ܬܘܒ ܠܡܫܡܥ. ܠܡܐ ܐܦ ܐܢܬܘܢ ܨܒܝܢ ܐܢܬܘܢ ܠܡܗܘܐ ܬܠܡܝ̈ܕܐ ܕܝܠܗ
28 ܬܠܡܝ̈ܕܐ. ܗܢܘܢ ܕܝܢ ↙ ܨܥܪܘܗܝ ܘܐܡܪܘ. ܐܢܬ ܬܠܡܝܕܐ
29 ܕܗܘ. ܚܢܢ ܕܝܢ ܕܡܘܫܐ ܚܢܢ ܬܠܡܝ̈ܕܐ. ܚܢܢ ܝܕܥܝܢ
ܕܥܡ ܡܘܫܐ ܡܠܠ ܐܠܗܐ. ܠܗܢܐ ܕܝܢ ܠܐ ܝܕܥܝܢ ܚܢܢ ܡܢ ܐܝܟܐ
30 ܐܝܬܘܗܝ ܀ ܥܢܐ ܗܘ ܓܒܪܐ ܘܐܡܪ ܠܗܘܢ. ܒܗܕܐ ܓܝܪ
ܐܝܬܝܗ ܠܬܕܡܘܪܬܐ. ܕܐܢܬܘܢ ܠܐ ܝܕܥܝܢ ܐܢܬܘܢ ܡܢ ܐܝܟܐ
31 ܐܝܬܘܗܝ. ܘܦܬܚ ܥܝ̈ܢܝ ܕܝܠܝ. ܝܕܥܝܢ ܕܝܢ ܕܚܛܝ̈ܐ
ܐܠܗܐ ܠܐ ܫܡܥ. ܐܠܐ ܐܢ ܐܢܫ ܕܕܚܠ ܐܠܗܐ ܢܗܘܐ ܘܨܒܝܢܗ
32 ܢܥܒܕ ܠܗܢܐ ܫܡܥ. *ܡܢ ܥܠܡܐ ܠܐ
ܐܫܬܡܥ ܕܦܬܚ ܐܢܫ ܥܝ̈ܢܐ ܕܗܘ ↙ ܕܣܡܝܐ ܐܬܝܠܕ.
33 ܐܠܘ ܠܐ ܐܝܬܘܗܝ ܗܘܐ ܗܢܐ ܡܢ ܐܠܗܐ. ܠܐ ܡܫܟܚ ܗܘܐ
34 ܠܡܥܒܕ ܘܠܐ ܡܕܡ ܀ ܥܢܘ ܘܐܡܪܘ ܠܗ. ܒܚܛܗ̈ܐ

* ἐκ τȣ̃ αἰῶνος

iis, Dixi vobis jam, et non audistis: quid vultis iterum audire?
28 Num vos vultis discipuli ejus fieri? # Ipsi autem ↙ convitiati
sunt ei, et dixerunt, Tu es discipulus illius: nos autem Mosis
29 sumus discipuli. Nos scimus quod Mosi Deus loquutus est:
30 hunc autem nescimus unde sit. Respondit ille homo, et dixit
iis, In hoc enim est mirabile, quod vos nescitis unde sit, et
31 aperuit oculos meos. Scimus autem quod peccatores Deus non
audit: sed si quis cultor Dei sit, et voluntatem ejus faciat, hunc
32 audit. A seculo non auditum est, quod aperuit quis oculos
33 † ⸆ illius ↙ qui cæcus natus est. Nisi hic esset a Deo, non pote-
34 rat facere quicquam. Responderunt, et dixerunt ei, In peccatis

† ⸆ illius ↙ ] *Vide Notas.*

[illegible]
35 [illegible]
36 [illegible]
37 [illegible]
[illegible] * εκεινος
38 [illegible]
39 [illegible]
[illegible]
40 [illegible]
[illegible]
41 [illegible]
[illegible]

tu natus fuisti totus, et tu doces nos? Et ejecerunt eum foras.
Audivit Jesus quod ejecissent eum foras: et quum invenisset eum, 35
dixit ei, Tu credis in Filium Dei? Respondit ille, et dixit, 36
Et quis est, Domine mi, ut credam in eum? † Dicit ei Jesus, 37
Et vidisti eum, et qui loquitur tecum, ille est. Ipse autem dixit, 38
Credo, Domine. Et adoravit eum. Et dixit Jesus, In judicium 39
ego in mundum hunc veni: ut illi qui non vident, videant, et
illi qui vident, cæci fiant. Et audiverunt *quidam* ex Pharisæis 40
qui erant cum eo hæc, et dixerunt ei, Num et nos cæci sumus?
Dixit iis Jesus, Si cæci essetis, non haberetis peccatum: nunc 41

1 [illegible]] In margine MSti [illegible]

† dicit] Lectio marg. Respondit.

1 ܕܚܙܝܢ. ¹ܗܘ ܚܛܝܬܐ ܗܟܝܠ ܕܝܠܟܘܢ ܡܟܬܪܐ ܀ ܐܡܝܢ CAP. X.
ܐܡܝܢ ܐܡܪ ܐܢܐ ܠܟܘܢ. ܕܗܘ ܕܠܐ ܥܐܠ ܡܢ ܬܪܥܐ *ܠܚܘܪܬܐ *εἰς τὴν αὐλὴν
ܕܥܢ̈ܐ. ܐܠܐ ܣܠܩ ܡܢ ܕܘܟܐ ܐܚܪܢܐ. ܗܘ ܓܢܒܐ ܐܝܬܘܗܝ
2 ܘܓܝܣܐ. ܗܘ ܕܝܢ ܕܥܐܠ ܡܢ ܬܪܥܐ: ܪܥܝܐ ܐܝܬܘܗܝ ܕܥܢ̈ܐ.
3 ܠܗܢܐ ܬܪܥܐ ܦܬܚ. ܘܥܢ̈ܐ ܠܩܠܗ ܫܡܥܢ. ܘܠܥܢ̈ܐ
4 ܕܝܠܗ ܩܪܐ ܒܫܡܗܝܢ ܘܡܦܩ ܠܗܝܢ. ܘܐܡܬܝ ܕܠܥܢ̈ܐ
ܕܝܠܗ ܢܦܩ ܡܢ ܩܕܡܝܗܝܢ ܐܙܠ. ܘܥܢ̈ܐ ܠܗ ܢܩܦܢ
5 ܡܛܠ ܕܝܕܥܢ ܠܩܠܗ ܕܝܠܗ. ܠܢܘܟܪܝܐ ܕܝܢ ܠܐ ܢܩܦܢ. ܐܠܐ
6 ܥܪܩܢ ܡܢܗ. ܡܛܠ ܕܠܐ ܝܕܥܢ ܠܩܠܐ ܕܢܘܟܪ̈ܝܐ ܀ ܗܕܐ
ܦܠܐܬܐ ܐܡܪ ܠܗܘܢ ܝܫܘܥ. ܗܢܘܢ ܕܝܢ ܠܐ ܝܕܥܘ ܐܝܠܝܢ
7 ܐܝܬܝܗܝܢ ܗܠܝܢ ܕܡܡܠܠ ܗܘܐ ܠܗܘܢ ܀ ܐܡܪ ܗܟܝܠ
ܠܗܘܢ ܬܘܒ ܝܫܘܥ. ܐܡܝܢ ܐܡܝܢ ܐܡܪ ܐܢܐ ܠܟܘܢ. ܕܐܢܐ

1 vero dicitis, Videmus: † peccatum igitur vestrum manet. Amen CAP. X.
amen dico vobis, qui non ingreditur per ostium in caulam ovium,
2 sed ascendit ex parte alia, ille fur est et latro. Qui autem in-
3 greditur per ostium, pastor est ovium. Huic janitor aperit, et
oves vocem ejus audiunt: et oves suas vocat nominatim, et
4 educit eas. Et quum oves suas eduxerit, ante eas vadit: et oves
5 eum sequuntur, quia sciunt vocem ejus. Alienum autem non
sequuntur, sed fugiunt ab eo: quia non norunt vocem alienorum.
6 Hanc parabolam dixit iis Jesus: illi autem non norunt quænam
7 essent ea quæ loquebatur iis. Dixit igitur iis iterum Jesus,

1 ܗܘ ܚܛܝܬܐ ܗܟܝܠ] In margine MSti ܚܛܗ̈ܐ ܗܟܝܠ
ܕܝܠܟܘܢ ܡܟܬܪܐ ܕܝܠܟܘܢ ܡܟܬܪܝܢ

† peccatum igitur vestrum manet] Lectio marg. Peccata igitur vestra manent.

[illegible] 8
[illegible] 9
[illegible]
[illegible] 10
[illegible]
[illegible] 11
[illegible]
[illegible] 12
[illegible]
[illegible] 13
[illegible]
[illegible] 14

Amen amen dico vobis, quod ego sum ostium ovium. † Omnes 8
qui venerunt ※ ante me ↙, fures sunt et latrones: sed non audi-
verunt eos oves. Ego sum ostium: per me si quis ingressus 9
fuerit, servabitur: et ingredietur et egredietur, et pascuum inve-
niet. Fur non venit nisi ut furetur, et mactet, et perdat. Ego 10
veni ut vitam habeant, et abundantius habeant. Ego sum pastor 11
ille bonus: pastor ille bonus animam suam deponit pro ovibus.
Mercenarius autem, et qui non est pastor, cujus non sunt oves 12
suæ, videt lupum venientem, et relinquit oves, et fugit: et lupus
rapit, et dispergit oves. Ipse autem mercenarius fugit, quia 13
mercenarius est, et non cura est ei de ovibus. Ego sum pastor 14

1 [illegible] ] In margine MSti [illegible]

† omnes qui venerunt ※ ante me ↙] Marg. Theudas, Judas Galilæus, et cæteri. *Vide Act.* V. 36. 37.

15 [illegible]
[illegible]
16 [illegible]
[illegible][1]
[illegible][2]
17 [illegible]
[illegible]
18 [illegible]
[illegible]
[illegible]
19 [illegible]
20 [illegible]

15 ille bonus, et cognosco meas, et cognoscor a meis. Sicut novit
me Pater, et ego novi Patrem: et animam meam depono pro
16 ovibus. Et etiam alias autem oves habeo, quæ non sunt † ex
caula hac: et illas oportet me adducere; et vocem meam audient,
17 ‡ et erit unus grex, ⁂ et ✓ unus pastor. Propter hoc Pater diligit
me, quia ego depono animam meam, ut iterum sumam eam.
18 Nemo tollit eam a me, sed ego depono eam ex voluntate mea:
potestatem habeo ut deponam eam, et potestatem habeo iterum ut
19 sumam eam. Hoc mandatum accepi a Patre meo. Dissensio igi-
20 tur rursus facta est inter Judæos propter sermones hos. Dicebant
autem multi ex iis, Dæmonium habet, et insanit: quid auditis

1 [illegible] In margine MSti [illegible]
2 [illegible] [illegible]

† ex caula hac] Lectio marg. (ex) Grege hoc.
‡ et erit]. Et erunt.

21 ܡܛܠܐ ܫܡܥܝܢ ܠܗ ⁘ ܐܚܪ̈ܢܐ ܐܡܪܝܢ ܗܘܘ. [1]ܗܠܝܢ ܡ̈ܠܐ ܠܐ
ܐܝܬܝܗܝܢ ܕܗܘ ܕܫܐܕܐ. ܠܡܐ ܫܐܕܐ ܡܫܟܚ ܥܝ̈ܢܐ ܕܤܡܝܐ
22 ܠܡܦܬܚܘ ⁘ ܗܘܐ ܕܝܢ ܥܐܕܐ ܕܚܘܕܬܐ ܒܐܘܪܫܠܡ ܘܤܬܘܐ ܐܝܬܘܗܝ
23 ܗܘܐ. ܘܡܗܠܟ ܗܘܐ ܝܫܘܥ ܒܗܝܟܠܐ ܒܐܤܛܘܐ ܕܫܠܝܡܘܢ.
24 ܚܕܪܘܗܝ ܕܝܢ ܝܗܘ̈ܕܝܐ ܘܐܡܪܝܢ ܗܘܘ ܠܗ. ܥܕܡܐ ܠܐܡܬܝ
ܫܩܠ ܐܢܬ ܠܢܦܫܢ. ܐܢ ܐܢܬ ܗܘ ܡܫܝܚܐ ܐܡܪ
25 ܠܢ ܒܓܠܝܐ ⁘ ܥܢܐ ܠܗܘܢ ܝܫܘܥ. ܐܡܪܬ ܠܟܘܢ ܘܠܐ
ܡܗܝܡܢܝܢ ܐܢܬܘܢ. ܥܒ̈ܕܐ ܗܠܝܢ ܕܐܢܐ ܥܒܕ ܐܢܐ ܒܫܡܗ
26 ܕܐܒܝ ܕܝܠܝ. ܗܢܘܢ ܤܗܕܝܢ ܥܠܝ. ܐܠܐ ܐܢܬܘܢ ܠܐ
ܡܗܝܡܢܝܢ ܐܢܬܘܢ. [2]ܠܐ ܓܝܪ ܐܝܬܝܟܘܢ ܡܢ ܥܪ̈ܒܐ ܗܠܝܢ ܕܝܠܝ.
27 ܐܝܟܢܐ ܕܐܡܪܬ ܠܟܘܢ. ܥܪ̈ܒܐ ܗܠܝܢ ܕܝܠܝ ܩܠܝ ܫܡܥܢ.
28 ܘܐܢܐ ܝܕܥ ܐܢܐ ܠܗܝܢ. ܘܢܩܦܢ ܠܝ. ܘܐܢܐ ܚܝ̈ܐ ܕܠܥܠܡ

eum? Alii dicebant, † Hi ſermones non ſunt dæmoniaci: num 21
dæmonium poteſt oculos cæci aperire? Facta ſunt autem En- 22
cænia Hieroſolymæ, et hyems erat. Et ambulabat Jeſus in tem- 23
plo, in porticu Solomonis. Circumdederunt eum ergo Judæi, 24
et dicebant ei, Quouſque animam noſtram tollis? Si tu es Chriſ-
tus, dic nobis palam. Reſpondit iis Jeſus, Dixi vobis, et non 25
creditis: opera quæ ego facio in nomine Patris mei, hæc teſtantur
de me. Sed vos non creditis: ‡ non enim eſtis ex ovibus meis, 26
ſicut dixi vobis. Oves meæ vocem meam audiunt, et ego cog- 27
noſco eas, et ſequuntur me. Et ego vitam æternam do iis, et 28

1 ܗܠܝܢ ܡ̈ܠܐ ܠܐ] ܐܝܬܝܗܝܢ — In margine MSti — (ܗܠܝܢ) ܥܒ̈ܕܐ ܠܐ ܐܝܬܝܗܝܢ

2 ܠܐ ܓܝܪ ܐܝܬܝܟܘܢ] — ܡܛܠ ܕܠܐ ܐܝܬܝܟܘܢ

† Hi ſermones non ſunt] — Lectio marg. — (Hæc) Opera non ſunt.
‡ non enim eſtis] — Quia non eſtis.

ܝܗܒ ܐܢܐ ܠܗܝܢ܆ ܘܠܐ ܢܐܒܕܢ ܠܥܠܡ܂ ܘܠܐ ܐܢܫ ܢܚܛܘܦ
29 ܐܢܝܢ ܡܢ ܐܝܕܝ܂ ܐܒܝ ܕܝܗܒ ܗܘ ܠܝ܆ ܪܒ ܡܢ
ܟܠ ܐܝܬܘܗܝ܂ ܘܠܐ ܐܢܫ ܡܫܟܚ ܠܡܚܛܦܘ ܡܢ ܐܝܕܗ ܕܐܒܐ ܕܝܠܝ܂
30 31 ܐܢܐ ܘܐܒܐ *ܚܕ ܐܝܬܝܢ܂ ܫܩܠܘ ܗܟܝܠ ܬܘܒ ܟܐܦܐ ܝܗܘܕܝܐ ܐܝܟܢܐ
32 ܕܢܪܓܡܘܢܝܗܝ܀ ܥܢܐ ܠܗܘܢ ܝܫܘܥ܆ ܣܓܝܐܐ ܥܒ̈ܕܐ ܛܒܐ
ܚܘܝܬ ܠܟܘܢ ܡܢ ܐܒܐ ܕܝܠܝ܂ ܡܛܠ ܐܝܢܐ ܥܒܕܐ ܡܢܗܘܢ
33 ܪܓܡܝܢ ܐܢܬܘܢ ܠܝ܀ ܥܢܘ ܠܗ ܝܗܘܕܝܐ܆ ܡܛܠ ܥܒܕܐ ܛܒܐ
ܠܐ ܪܓܡܝܢܢ ܠܟ܂ ܐܠܐ ܡܛܠ ܓܘܕܦܐ܂ ܘܕܟܕ ܐܢܬ ܒܪܢܫܐ
34 ܐܝܬܝܟ܆ ܥܒܕ ܐܢܬ ܐܢܬ ܠܟ ܠܐܠܗܐ܀ ܥܢܐ ܠܗܘܢ
ܝܫܘܥ܂ ܠܐ ܐܝܬܝܗ ܕܟܬܝܒܐ ܒܢܡܘܣܐ ܕܝܠܟܘܢ܆ ܕܐܢܐ
35 ܐܡܪܬ ܐܠܗ̈ܐ ܐܝܬܝܟܘܢ܆ ܐܢ ܠܗܢܘܢ ܐܡܪ ܐܠܗ̈ܐ܆
ܠܘܬ ܕܠܗܘܢ ܡܠܬܗ ܕܐܠܗܐ ܗܘܬ܆ ܘܠܐ ܡܫܟܚܐ
36 ܕܬܫܬܪܐ ܟܬܒܐ܆ ܠܗܘ ܕܐܒܐ ܩܕܫܗ ܘܫܕܪܗ ܠܥܠܡܐ܆ ܐܢܬܘܢ
ܐܡܪܝܢ ܐܢܬܘܢ ܕܡܓܕܦ ܐܢܬ܆ ܡܛܠ ܕܐܡܪܬ ܕܒܪܐ

non peribunt in æternum, neque quiſquam rapiet eas e manu mea.
29 Pater meus qui dedit mihi, major quam omnes eſt: et nemo poteſt
30 31 rapere e manu Patris mei. Ego et Pater unum ſumus. Suſtulerunt
32 igitur rurſus lapides Judæi ut lapidarent eum. Reſpondit iis
Jeſus, Multa opera bona oſtendi vobis ex Patre meo: propter
33 quodnam opus ex illis lapidatis me? Reſponderunt ei Judæi,
Propter opus bonum non lapidamus te, ſed propter blaſphe-
34 miam, et quia quum tu homo ſis, facis teipſum Deum. Re-
ſpondit iis Jeſus, Nonne eſt ſcriptum in Lege veſtra, quod
35 ego dixi, Dii eſtis? Si illos dixit Deos ad quos ſermo Dei
36 factus eſt, et non poteſt ſolvi ſcriptura: Ei quem Pater ſanc-
tificavit et miſit in mundum, vos dicitis, Blaſphemas, quia dixi,

37 ܕܐܠܗܐ ܐܢܐ܆ ܐܢ ܠܐ ܥܒܕ ܐܢܐ ܥܒ̈ܕܐ ܕܐܒܐ ܕܝܠܝ܆ ܠܐ
38 ܬܗܝܡܢܘܢ ܠܝ܂ ܐܢ ܕܝܢ ܥܒܕ ܐܢܐ܆ ܐܦ ܠܝ ܠܐ ܡܗܝܡܢܝܢ
ܐܢܬܘܢ܆ ܠܗܘܢ ܠܥܒ̈ܕܐ ܗܝܡܢܘ܂ ܐܝܟܢܐ ܕܬܕܥܘܢ
39 ܘܬܗܝܡܢܘܢ܆ ܕܐܒܐ ܒܝ ܘܐܢܐ[1] ܒܗ܀ ܒܥܝܢ ܗܘܘ ܗܟܝܠ
40 ܠܡܐܚܕܗ܆ ܘܢܦܩ ܡܢ ܐܝܕܐ ܕܝܠܗܘܢ܆ ܘܐܙܠ ܬܘܒ
ܠܥܒܪܐ ܕܝܘܪܕܢܢ܆ ܠܕܘܟܬܐ ܐܝܟܐ ܕܐܝܬܘܗܝ ܗܘܐ ܝܘܚܢܢ ܡܢ
41 ܩܕܡ ܟܕ ܡܥܡܕ ܗܘܐ܆ ܘܩܘܐ ܬܡܢ܀ ܘܣܓܝܐܐ ܐܬܘ ܠܘܬܗ
ܘܐܡܪܝܢ ܗܘܘ܆ ܕܝܘܚܢܢ ܡܢ ܐܦܢ ܐܬܐ ܐܦܠܐ ܚܕܐ܂ ܟܠܗܝܢ
ܕܝܢ ܐܝܠܝܢ ܕܐܡܪ ܝܘܚܢܢ ܥܠ ܗܢܐ܆ ܫܪܝܪ̈ܢ ܐܝܬܝܗܝܢ ܗܘܝ܀
CAP. XI. 1 42 ܘܗܝܡܢܘ ܣܓܝܐܐ ܒܗ ܬܡܢ܀ ܐܝܬ ܗܘܐ ܕܝܢ ܐܢܫ ܕܟܪܝܗ܆
ܠܥܙܪ ܡܢ ܒܝܬ ܥܢܝܐ܂ ܡܢ ܩܪܝܬܐ ܕܡܪܝܡ ܘܕܡܪܬܐ ܚܬܗ
2 ܕܝܠܗ܂ ܐܝܬܝܗ ܗܘܬ ܕܝܢ ܡܪܝܡ܆ ܗܝ ܕܡܫܚܬ ܠܡܪܝܐ
ܒܡܘܪܘܢ܆ ܘܫܘܝܬ ܪ̈ܓܠܘܗܝ ܒܣܥܪ̈ܐ ܕܪܫܐ ܕܝܠܗ܆ ܗܝ

Filius Dei ſum? Si non facio opera Patris mei, ne credatis 37
mihi. Si autem facio, etiamſi mihi non credatis, operibus cre- 38
dite: ut cognoſcatis et credatis quod Pater in me *eſt*, † et ego in
eo. Quærebant igitur rurſus apprehendere eum: et exivit ex 39
manu eorum. Et abiit iterum in ulteriorem ripam Jordanis, in 40
locum ubi erat Johannes primum baptizans: et manſit illic. Et 41
multi venerunt ad eum, et dicebant, Johannes quidem ſignum
fecit ne unum: omnia autem quæ dixit Johannes de hoc, vera
CAP. XI. erant. Et crediderunt multi in eum illic. Erat autem quidam 42 1
ægrotans Lazarus, ex Bethania, ex vico Mariæ et Marthæ ſororis
ejus. (Erat autem Maria quæ unxit Dominum unguento, et 2
abſterſit pedes ejus capillis capitis ſui, cujus frater Lazarus

1 ܘܐܢܐ ܒܗ] In margine MSti (ܘܐܢܐ) ܒܐܒܐ.

† et ego in eo] Lectio marg. (et ego) In Patre.

3 ܕܐܚܐ ܕܝܠܗ̇ ܠܥܙܪ ܡܟܪܝܗܐ ܗܘܐ. ܫܕܪ̈ ܗܟܝܠ ܚܬ̈ܘܬܐ
ܐܚܘ̈ܬܐ ܠܘܬܗ ܟܕ ܐܡܪ̈ܢ. ܡܪܝܐ ܗܐ ܗܘ ܕܪܚܡ ܐܢܬ ܡܟܪܝܗܐ.
4 ܟܕ ܫܡܥ ܕܝܢ ܗܘ ܝܫܘܥ ܐܡܪ. ܗܕܐ ܡܟܪܝܗܘܬܐ ܠܐ ܐܝܬܝܗ̇
ܠܘܬ ܡܘܬܐ. ܐܠܐ ܚܠܦ ܫܘܒܚܗ ܕܐܠܗܐ: ܐܝܟܢܐ
5 ܕܢܫܬܒܚ ܒܪܗ ܕܐܠܗܐ ܡܛܠܬܗ. ܪܚܡ ܗܘܐ ܕܝܢ ܝܫܘܥ
6 ܠܡܪܬܐ ܘܠܚܬܗ̇ ܕܝܠܗ̇ ܘܠܠܥܙܪ: ܟܕ ܗܟܝܠ ܫܡܥ ܕܡܟܪܝܗ:
ܗܝܕܝܢ ※ܡܢ↙ ܦܫ ܒܕܘܟܬܐ ܗܝ ܕܐܝܬܘܗܝ ܗܘܐ ܬܪܝܢ ܝܘܡܝܢ.
7 ܒܬܪܟܢ. ܒܬܪ ܗܕܐ ܐܡܪ ܠܬܠܡܝ̈ܕܘܗܝ. ܕܒܪܘ ÷ܢܐܙܠ↙
8 ܠܝܗܘܕ ܬܘܒ. ܐܡܪܝܢ ܠܗ ܬܠܡܝ̈ܕܘܗܝ. ܪܒܝ: ܗܫܐ
ܒܥܝܢ ܗܘܘ ܕܢܪܓܡܘܢܟ ܝܗܘ̈ܕܝܐ: ܘܬܘܒ ܐܙܠ ܐܢܬ ܠܬܡܢ:
9 ܥܢܐ ܗܘ ܝܫܘܥ: ܠܘ ܬܪܬܥܣܪܐ ܐܝܬܝܗܝܢ ܫ̈ܥܐ ܕܐܝܡܡܐ: ܐܢ
ܐܢܫ ܢܗܠܟ ܒܐܝܡܡܐ ܠܐ ܡܬܬܩܠ: ܡܛܠ ܕܢܘܗܪܗ ܕܥܠܡܐ
10 ܗܢܐ ܚܙܐ. ܐܢ ܕܝܢ ܐܢܫ ܢܗܠܟ ܒܠܠܝܐ ܡܬܬܩܠ: ܡܛܠ
11 ܕܢܘܗܪܐ ܠܐ ܐܝܬ ܒܗ. ܗܠܝܢ ܐܡܪ: ܘܒܬܪ ܗܕܐ ܐܡܪ

3 ægrotabat.) Miſerunt igitur ſorores ad eum, dicentes, Do-
4 mine, ecce, is quem diligis, ægrotat. Quum audiviſſet autem
Jeſus, dixit, Hic morbus non eſt ad mortem, ſed pro gloria
5 Dei: ut glorificetur Filius Dei propter eum. Diligebat autem
6 Jeſus Martham, et ſororem ejus, et Lazarum. Quum igitur
audiviſſet quod ægrotaret, tunc ※ quidem ↙ manſit in loco quo
7 erat duos dies. Deinde poſt hæc dicit diſcipulis ſuis, Ducite,
8 ÷ eamus ↙ in Judæam iterum. Dicunt ei diſcipuli ejus, Rabi,
modo quærebant ut lapidarent te Judæi, et iterum abis illuc?
9 Reſpondit Jeſus, Nonne duodecim ſunt horæ diei? ſi quis am-
bulaverit in die, non impingit; quia lucem mundi hujus videt.
10 Si autem quis ambulaverit in nocte, impingit; quia lux non eſt
11 in eo. Hæc dixit, et poſt hoc dicit iis, Lazarus amicus noſter

ܠܗܘܢ. ܠܥܙܪ ܗܘ ܪܚܡܢ ܕܡܟ ܗܘ. ܐܠܐ ܐܙܠ ܐܢܐ ܕܐܥܝܪܝܘܗܝ
12 ܕܐܥܝܪܝܘܗܝ܀ ¹ܐܡܪܘ ܗܟܝܠ ܬܠܡܝܕܐ ܕܝܠܗ. ܡܪܝܐ. ܐܢ
13 ܕܡܟ ܡܬܚܠܡ. ܐܡܪ ܗܘܐ ܕܝܢ ܝܫܘܥ ܥܠ ܡܘܬܗ ܕܝܠܗ.
14 ܗܢܘܢ ܕܝܢ ܣܒܪܘ. ܕܥܠ ܕܡܟܬܐ ܕܫܢܬܐ ܐܡܪ. ܗܝܕܝܢ
15 ܗܟܝܠ ܐܡܪ ܠܗܘܢ ܝܫܘܥ ܓܠܝܐܝܬ. ܠܥܙܪ ܡܝܬ. ܘܚܕܐ ܐܢܐ
ܡܛܠܬܟܘܢ܆ ܐܝܟ ܕܬܗܝܡܢܘܢ܆ ܡܛܠ ܕܠܐ ܗܘܝܬ ܬܡܢ
16 ܬܡܢ. ܐܠܐ ܕܒܪܘ⁻ ܢܐܙܠ ✓ ܠܘܬܗ܀ ܐܡܪ ܗܟܝܠ ܬܐܘܡܐ ܗܘ
ܕܡܬܐܡܪ ܬܐܘܡܐ* ܠܬܠܡܝܕܐ ܒܢܝ ܩܝܣܗ. ܕܒܪܘ⁻ ܢܐܙܠ ✓ ܐܦ ܚܢܢ

* διδυμος

17 ܐܝܟܢܐ ܕܢܡܘܬ ܥܡܗ܀ ܟܕ ܐܬܐ ܗܟܝܠ ܗܘ ܝܫܘܥ. ܐܫܟܚܗ
18 ܐܪܒܥܐ ܝܘܡܝܢ ܟܕ ܐܝܬ ܠܗ ܒܩܒܪܐ. ܐܝܬܝܗ ܗܘܬ
ܕܝܢ ܒܝܬ ܥܢܝܐ ܠܘܬ ܐܘܪܫܠܡ. ܐܝܟ ܕܡܢ ܐܣܛܕܘܬܐ
19 ܚܡܫܬܥܣܪ. ܣܓܝܐܐ ܕܝܢ ܡܢ ܝܗܘܕܝܐ ܐܬܘ ܗܘܘ ܠܘܬ ܕܒܝܬ

dormit: sed vado ut expergefaciam eum. † Dixerunt igitur 12
discipuli ejus, Domine, si dormit, servabitur. Dixerat autem 13
Jesus de morte ejus: illi autem putaverunt quod de dormitione
somni diceret. Tunc igitur dixit iis Jesus manifeste, Lazarus 14
mortuus est. Et gaudeo propter vos (ut credatis), quod non 15
essem illic: sed ducite, ⁻ eamus ✓ ad eum. Dixit igitur Thomas, 16
qui dicitur Gemellus, discipulis sociis suis, Ducite, ⁻ eamus ✓ et
nos, ut moriamur cum eo. Quum venisset igitur Jesus, invenit 17
eum quatuor dies jam habere in sepulchro. Erat autem Bethania 18
juxta Hierosolymam quasi stadiis quindecim. Et multi ex Judæis 19
venerant ad eas quæ *erant* circa Martham et Mariam, ut consola-

1 ܐܡܪܘ ܗܟܝܠ] In margine MSti (ܐܡܪܘ) ܠܗ (ܗܟܝܠ
ܬܠܡܝܕܐ ܕܝܠܗ ܬܠܡܝܕܐ ܕܝܠܗ)

† dixerunt igitur discipuli ejus] Lectio marg. (dixerunt) Ei (igitur discipuli ejus)

ܠܡܪܬܐ ܘܠܡܪܝܡ܆ ܐܝܟ ܕܢܒܝܐܘܢ ܐܢܝܢ ܡܛܠ ܐܚܐ ܕܝܠܗܝܢ܀
20 ܡܪܬܐ ܗܟܝܠ ܟܕ ܫܡܥܬ ܕܝܫܘܥ ܐܬܐ܆ ܐܪܥܬܗ. ܡܪܝܡ
21 ܕܝܢ ܒܒܝܬܐ ܝܬܒܐ ܗܘܬ܀ ܐܡܪܐ ܗܟܝܠ ܡܪܬܐ ܠܘܬ ܝܫܘܥ.
ܡܪܝ܆ ܐܠܘ ܐܝܬܝܟ ܗܘܝܬ ܗܪܟܐ܆ ܐܚܐ ܕܝܠܝ ܠܐ ܡܝܬܐ
22 ܗܘܐ. ܐܠܐ ܐܦ ܗܫܐ ܝܕܥܐ ܐܢܐ ܕܟܠܗܝܢ ܕܬܫܐܠ ܠܐܠܗܐ܆
23 ܢܬܠ ܠܟ ܐܠܗܐ܀ ܐܡܪ ܠܗ ܝܫܘܥ܆ ܩܐܡ ܐܚܐ
24 ܕܝܠܟ܀ ܐܡܪܐ ܠܗ ܡܪܬܐ. ܝܕܥܐ ܐܢܐ ܕܩܐܡ ܒܩܝܡܬܐ
25 ܒܝܘܡܐ ܐܚܪܝܐ܀ ܐܡܪ ܠܗ ܝܫܘܥ. ܐܢܐ ܐܝܬܝ ܩܝܡܬܐ
26 ܘܚܝܐ. ܗܘ ܕܡܗܝܡܢ ܒܝ܆ ܐܦܢ ܢܡܘܬ ܢܚܐ. ܘܟܠ
ܕܚܝ ܘܡܗܝܡܢ ܒܝ܆ ܠܐ ܢܡܘܬ ܠܥܠܡ܀ ܡܗܝܡܢܐ
27 ܐܢܬܝ ܗܕܐ܆ ܐܡܪܐ ܠܗ܆ ܐܝܢ ܡܪܝ. ܐܢܐ ܗܝܡܢܬ܆
ܕܐܢܬ ܐܝܬܝܟ ܡܫܝܚܐ ܗܘ ܒܪܗ ܕܐܠܗܐ܆ ܗܘ ܕܠܥܠܡܐ. ܐܬܐ܀
28 ܘܟܕ ܗܠܝܢ ܐܡܪܬ܆ ܐܙܠܬ ܘܩܪܬ ܠܡܪܝܡ ܚܬܗ ܕܝܠܗ
29 ܒܫܬܝܩܘܬܐ ܟܕ ܐܡܪܐ. ܡܠܦܢܐ ܩܪܝܒ ܘܩܪܐ ܠܟܝ܀ ܗܝ ※ ܕܝܢ ✓

20 rentur eas de fratre ſuo. Martha igitur quum audiviſſet quod
21 Jeſus veniret, occurrit ei: Maria autem domi ſedebat. Dixit
igitur Martha ad Jeſum, Domine, ſi fuiſſes hic, frater meus non
22 mortuus fuiſſet: Sed et nunc ſcio quod quæcunque petieris a Deo,
23 24 dabit tibi Deus. Dicit ei Jeſus, Reſurget frater tuus. Dicit ei
25 Martha, Scio quod reſurget in reſurrectione die ultimo. Dicit ei
Jeſus, Ego ſum reſurrectio et vita: qui credit in me, etiamſi
26 mortuus fuerit, vivet: Et omnis qui vivit, et credit in me, non
27 morietur in æternum. Credis hoc? Dicit ei, Etiam, Domine;
ego credidi quod tu es Chriſtus Filius Dei, qui in mundum venis.
28 Et quum hæc dixiſſet, abiit et vocavit Mariam ſororem ſuam
29 clam, dicens, Magiſter adeſt, et vocat te. Illa ※ autem ✓ quum

30 ܟܕ ܫܡܥܬ܆ ¹ܩܝܡܐ ܥܓܠ܂ ܘܐܬܝܐ ܠܘܬܗ܂ ܠܐ ܥܕܟܝܠ
ܕܝܢ ܝܫܘܥ ܐܬܐ ܗܘܐ ܠܩܪܝܬܐ܂ ܐܠܐ ܐܝܬܘܗܝ ܗܘܐ ܒܕܘܟܬܐ
31 ܐܝܟܐ ܕܐܪܥܬܗ ܡܪܬܐ܀ ܝܗܘܕܝܐ ܗܟܝܠ ܗܢܘܢ ܕܐܝܬܝܗܘܢ
ܥܡܗ ܒܒܝܬܐ ܘܡܒܝܐܝܢ ܗܘܘ ܠܗ܆ ܟܕ ܚܙܘ ܠܡܪܝܡ
ܕܥܓܠ ܩܡܬ ܘܢܦܩܬ܆ ܢܩܦܘܗ ²ܟܕ ܐܡܪܝܢ܆ ܕܠܩܒܪܐ
32 ܐܙܠܐ ܕܬܒܟܐ ܬܡܢ܀ ܡܪܝܡ ܗܟܝܠ ܟܕ ܐܬܬ ܠܐܝܟܐ
ܕܐܝܬܘܗܝ ܗܘܐ ܝܫܘܥ ܘܚܙܬܗ܆ ܢܦܠܬ ܠܘܬ ܪ̈ܓܠܘܗܝ ܟܕ
ܐܡܪܐ ܠܗ܆ ܡܪܝ܆ ܐܠܘ ܐܝܬܝܟ ܗܘܝܬ ܗܪܟܐ ܠܐ ܡܝܬ
33 ܗܘܐ ܐܚܝ܀ ܝܫܘܥ ܗܟܝܠ ܟܕ ܚܙܗ ܕܒܟܝܐ܆ ܘܠܗܘܢ
ܕܐܬܘ ܥܡܗ ܝܗܘܕܝܐ ܕܒܟܝܢ܆ *ܐܬܒܪܪ ܒܪܘܚܐ܂ ܘܫܓܫ
34 ܗܘ ܠܗ܂ ܘܐܡܪ܆ ܐܝܟܐ ܣܡܬܘܢܝܗܝ܂ ܐܡܪܝܢ
36 35 ܠܗ܂ ܡܪܝܐ܆ ܬܐ ܘܚܙܝ܂ ܕܡܥ ܝܫܘܥ܀ ܐܡܪܝܢ

* ἐνεβριμήσατο

audiviſſet, † ſurgit cito, et venit ad eum. Nondum autem Jeſus 30
venerat in vicum, ſed erat in loco ubi occurrerat ei Martha.
Judæi igitur qui erant cum ea in domo, et conſolabantur eam, 31
quum vidiſſent Mariam, quod cito ſurrexiſſet, et exiiſſet, ſequuti
ſunt eam, ‡ dicentes, quod ad ſepulchrum abiret, ut ploret illic.
Maria autem quum veniſſet eo ubi erat Jeſus, et vidiſſet eum, 32
cecidit ad pedes ejus, dicens ei, Domine, ſi fuiſſes hic, non
mortuus fuiſſet frater meus. Jeſus igitur quum vidiſſet eam 33
flentem, et, qui venerant cum ea, Judæos flentes, infremuit ſpi-
ritu, et turbavit ſeipſum. Et dixit, Ubi poſuiſtis eum? Dicunt 34
ei, Domine, veni et vide. Lachrymatus eſt Jeſus. Dicebant 35 36

1 ܩܝܡܐ] In margine MSti ܩܡܬ
2 ܟܕ ܐܡܪܝܢ] (ܟܕ) ܣܒܪܝܢ
† Surgit] Lectio marg. Surrexit.
‡ dicentes] Putantes.

37 ܗܘܘ ܗܟܝܠ ܝܗ̈ܘܕܝܐ. ܚܙܝ ܟܡܐ ܪܚܡ ܗܘܐ ܠܗ. ܐܢܫܝܢ ܕܝܢ
ܡܢܗܘܢ ܐܡܪܘ. ܠܐ ܡܫܟܚ ܗܘܐ ܗܢܐ. ܗܘ ܕܦܬܚ ܠܥܝ̈ܢܐ ܕܗܘ
38 ܣܡܝܐ. ܠܡܥܒܕ ܕܐܦ ܗܢܐ ܠܐ ܢܡܘܬ܀ ܝܫܘܥ ܗܟܝܠ
ܬܘܒ ܟܕ ܡܬܥܙܙ ܗܘܐ ܒܗ. ܐܬܐ ܠܒܝܬ ܩܒܘܪܐ. ܐܝܬܘܗܝ
39 ܗܘܐ ܕܝܢ ܡܥܪܬܐ. ܘܟܐܦܐ ܣܝܡܐ ܗܘܬ ܥܠܝܗܘܢ܀ ܐܡܪ
ܝܫܘܥ. ܫܩܘܠܘ ܟܐܦܐ܀ ܐܡܪܐ ܠܗ ܡܪܬܐ ܚܬܗ ܕܗܘ
¹ܕܡܝܬ. ܡܪܝܐ. ܡܟܝܠ ܣܪܝ. ܐܪܒܥܐ ܓܝܪ ܠܗ. ܝܘܡܝ̈ܢ
40 ܡܩܒܪ ܠܗ ܓܝܪ ܐܝܬܘܗܝ܀ ܐܡܪ ܠܗ ܝܫܘܥ. ܠܐ ܐܡܪܬ
ܠܟܝ ܕܐܢ ܬܗܝܡܢܝܢ ܬܚܙܝܢ ܫܘܒܚܗ ܕܐܠܗܐ܀
41 ܫܩܠܘܗ̇ ܗܟܝܠ ܠܟܐܦܐ ܡܢ ܐܬܪܐ ܕܐܝܟܘ ܗܘܐ܀ ܗܘ
ܕܝܢ ܝܫܘܥ ܐܪܝܡ ܥܝ̈ܢܘܗܝ ²ܠܥܠ ܘܐܡܪ. ܐܒܝ. ܡܘܕܐ
42 ܐܢܐ ܠܟ ܕܫܡܥܬܢܝ. ܐܢܐ ܕܝܢ ܝܕܥ ܗܘܝܬ. ܕܒܟܠܙܒܢ

37 igitur Judæi, † Vide quantum diligebat eum! Quidam autem ex
iis dixerunt, Non poterat hic qui aperuit oculos cæci, facere ut
38 et hic non moreretur? Jesus igitur iterum infremens in seipso,
venit ad sepulchrum. Erat autem spelunca, et lapis positus erat
39 super ea. Dicit Jesus, Tollite lapidem. Dicit ei Martha, soror
illius ‡ qui mortuus erat, Domine, jam fœtet: quatuor ⁼ dierum
40 enim est. Dicit ei Jesus, Nonne dixi tibi, quod, si credideris,
41 videbis gloriam Dei? Sustulerunt ergo lapidem e *loco* ubi erat.
Ipse autem Jesus sustulit oculos suos ‖ sursum, et dixit, Pater mi,
42 gratias ago tibi quod exaudisti me. Ego autem sciebam quod

1 ܕܡܝܬ] In margine MSti ܕܫܟܒ
2 ܠܥܠ] ܠܫܡܝܐ
† *Vide Notas.*
‡ qui mortuus erat] Lectio marg. Obierat.
‖ sursum] In cœlum.

[Syriac text illegible]
43 [Syriac text illegible]
44 [Syriac text illegible]
[Syriac text illegible] * κειριαις
[Syriac text illegible]
45 [Syriac text illegible]
46 [Syriac text illegible]
[Syriac text illegible]
47 [Syriac text illegible]
[Syriac text illegible]
48 [Syriac text illegible]
[Syriac text illegible]
49 [Syriac text illegible]
[Syriac text illegible]

ſemper me audis: ſed propter turbam ⁻ hanc ⸓ quæ ſtat hic dixi,
ut credant quod tu me miſiſti. Et hæc quum dixiſſet, voce 43
magna clamavit, Lazare, veni foras. Et exiit ille qui mortuus 44
erat, ligatus manus et pedes faſciis; et facies ejus ſudario obvincta
erat. Dicit iis Jeſus, Solvite eum, et ſinite abire. Multi igitur 45
ex Judæis qui venerant ad Mariam, et viderant quæ fecit Jeſus,
crediderunt in eum. Quidam autem ex iis abierunt ad Phari- 46
ſæos, et dixerunt iis quæ fecit Jeſus. Coegerunt igitur principes 47
Sacerdotum et Phariſæi concilium, et dicebant, Quid facimus?
quia hic homo multa ſigna facit. Si ſinamus eum ita, omnes 48
credent in eum, et venient Romani, et tollent et locum noſtrum,
et gentem. Unus autem quidam ex iis Caiaphas, qui prin- 49
ceps Sacerdotum erat anni illius, dixit iis, Vos non noſtis

50 ܘܠܐ ܡܕܡ܆ ܘܠܐ ܡܬܚܫܒܝܢ ܐܢܬܘܢ ܕܦܩܚܐ ܠܢ ܕܚܕ
ܒܪܢܫܐ ܢܡܘܬ ܚܠܦ ܥܡܐ܂ ܘܠܐ ܟܠܗ ܥܡܐ ܢܐܒܕ܀
51 ܗܕܐ ܕܝܢ ܗܘ ܡܢ ܢܦܫܗ ܠܐ ܐܡܪ܂ ܐܠܐ ܕܪܝܫ ܟܘܡܪܐ ܐܝܬܘܗܝ ܗܘܐ
ܕܫܢܬܐ ܗܝ ܐܬܢܒܝ܆ ܕܥܬܝܕ ܗܘܐ ܝܫܘܥ ܠܡܡܬ ܚܠܦ
52 ܥܡܐ܂ ܘܠܘ ܚܠܦ ܥܡܐ ܒܠܚܘܕ܆ ܐܠܐ ܕܐܦ ܠܒܢܝܐ
53 ܕܐܠܗܐ ܗܠܝܢ ܕܡܒܕܪܝܢ ܢܟܢܫ ܠܚܕ܀ [1]ܡܢ ܗܝ ܗܟܝܠ
54 ܫܥܬܐ ܐܟܚܕܐ ܐܬܡܠܟܘ ܗܘܘ ܕܢܩܛܠܘܢܝܗܝ܂ ܝܫܘܥ ܗܟܝܠ
ܠܐ ܬܘܒ ܒܓܠܝܐ ܡܗܠܟ ܗܘܐ ܒܝܬ ܝܗܘܕܝܐ܂ ܐܠܐ ܐܙܠ ܡܢ
ܬܡܢ ܠܐܬܪܐ ܕܩܪܝܒ ܠܡܕܒܪܐ܂ ܠܐܦܪܝܡ ܕܡܬܐܡܪܐ ܡܕܝܢܬܐ܂
55 [2]ܘܬܡܢ ܡܥܡܪ ܗܘܐ ܥܡ ܬܠܡܝܕܘܗܝ܀ ܐܝܬܘܗܝ ܗܘܐ
ܕܝܢ ܕܩܪܝܒ ܦܨܚܐ ܕܝܗܘܕܝܐ܀ ܘܣܠܩܘ ܣܓܝܐܐ ܠܐܘܪܫܠܡ ܡܢ

50 quicquam: Neque cogitatis quod expedit nobis, ut unus homo
51 moriatur pro populo, et non tota gens pereat. Hoc autem ex
ſeipſo non dixit: ſed quia princeps Sacerdotum erat anni illius,
52 prophetavit quod futurus eſſet Jeſus mori pro gente: Et non
pro gente tantum, ſed ut etiam filios Dei diſperſos congregaret
53 in unum. † Ab illa ergo hora una conſultabant ut interficerent
54 eum. Jeſus igitur non amplius manifeſte ambulabat inter Judæos:
ſed abiit illinc in regionem prope deſertum, in Ephrim dictam
55 urbem: et ibi ‡ habitabat cum diſcipulis ſuis. Erat autem prope
Paſcha Judæorum: et aſcenderunt multi in Hieroſolymam ex illa

1 ܡܢ ܗܝ ܗܟܝܠ ܫܥܬܐ] In margine MSti (ܡܢ) ܗܘ (ܗܟܝܠ) ܝܘܡܐ

2 ܡܥܡܪ ܗܘܐ] ܡܟܬܪ (ܗܘܐ)

| | | |
|---|---|---|
| † ab illa ergo hora] | Lectio marg. | (ab) Illo (ergo) die. |
| ‡ habitabat] | | Manebat. |

ܗܘ ܐܬܪܐ ܩܕܡ ܦܨܚܐ܆ ܐܝܟܢܐ ܕܢܕܟܘܢ ܐܢܘܢ ܠܗܘܢ. ܒܥܝܢ 56
ܗܘܘ ܗܟܝܠ ܠܝܫܘܥ. ܘܐܡܪܝܢ ܗܘܘ ܥܡ ܚܕ̈ܕܐ ܟܕ ܩܝܡܝܢ
ܒܗܝܟܠܐ܆ ܡܢܐ ܡܣܬܒܪܐ ܠܟܘܢ. ܕܠܐ ܐܬܐ ܠܥܐܕܐ܆ ܝܗܒܘ 57
ܗܘܘ ܕܝܢ ܪ̈ܒܝ ܟܗ̈ܢܐ ܘܦܪ̈ܝܫܐ ¹ܦܘܩܕܢܐ܆ ܕܐܢ ܐܢܫ ܝܕܥ

Cap. XII. ܐܝܟܐ ܐܝܬܘܗܝ܆ ܢܚܘܐ ܐܝܟܢܐ ܕܢܐܚܕܘܢܝܗܝ܀ ܗܘ ܗܟܝܠ 1
ܝܫܘܥ ܩܕܡ ܫܬܐ ܝܘ̈ܡܐ ܕܦܨܚܐ܆ ܐܬܐ ܠܒܝܬ ܥܢܝܐ
ܐܝܟܐ ܕܐܝܬܘܗܝ ܗܘܐ ܠܥܙܪ ܗܘ ܕܡܝܬ܆ ܗܘ ܕܐܩܝܡ ܡܢ
ܡ̈ܝܬܐ ܝܫܘܥ܀ ܥܒܕܘ ܠܗ ܗܟܝܠ ܚܫܡܝܬܐ ܬܡܢ܆ ܘܡܪܬܐ 2
ܡܫܡܫܐ ܗܘܬ. ܗܘ ܕܝܢ ܠܥܙܪ ܚܕ ܐܝܬܘܗܝ ܗܘܐ ܡܢ ܗܢܘܢ
ܕܣܡܝܟܝܢ ܥܡܗ܀ ܡܪܝܡ ܗܟܝܠ ܟܕ ܢܣܒܬ *ܠܝܛܪܐ ܕܡܫܘܚܐ 3
ܕܢܪܕܝܢ *ܦܝܣܛܝܩܝ ܣܓܝ ܝܩܝܪܐ܆ ܡܫܚܬ ܪ̈ܓܠܘܗܝ ܕܝܫܘܥ܆
ܘܟܦܪܬ ܒܣܥ̈ܪܐ ܕܝܠܗ ܪ̈ܓܠܘܗܝ. ܗܘ ܕܝܢ ܒܝܬܐ ܐܬܡܠܝ
ܡܢ ܪܝܚܗ ܕܡܫܘܚܐ܀ ܐܡܪ ܗܟܝܠ ܚܕ ܡܢ ܬܠܡܝܕܘܗܝ. 4

* λιτραν

* πιστικης

regione ante Pascha, ut purificarent seipsos. Quærebant igitur 56
Jesum, et dicebant alii cum aliis, stantes in templo, Quid videtur
vobis? quod non venturus sit ad festum? Dederant autem prin- 57
cipes Sacerdotum et Pharisæi † mandatum, quod si quis sciret ubi
Cap. XII. esset, indicaret, ut apprehenderent eum. Ipse igitur Jesus ante 1
sex dies Paschatis venit in Bethaniam, ubi erat Lazarus ille qui
fuerat mortuus, quem excitaverat a mortuis Jesus. Fecerunt ei 2
igitur cœnam illic, et Martha ministrabat: ipse autem Lazarus
unus erat ex iis qui discumbebant cum eo. Maria igitur quum 3
accepisset libram unguenti nardi fidelis, multi pretii, unxit pedes
Jesu, et absterſit capillis suis pedes ejus: ipsa autem domus im-
pleta est odore unguenti. Dicit igitur unus ex discipulis ejus, 4

1 ܦܘܩܕܢܐ] In margine MSti ܦܘ̈ܩܕܢܐ

† mandatum] Lectio marg. Mandata.

ܝܗܘܕܐ ܒܪ ܫܡܥܘܢ ܣܟܪܝܘܛܐ. ܗܘ ܕܥܬܝܕ ܗܘܐ ܕܢܫܠܡܝܘܗܝ.
5 ܡܛܠ ܡܢܐ ܗܢܐ ܡܫܘܚܐ. ܠܐ ܐܙܕܒܢ ܒܬܠܬ ܡܐܐ ܕܝܢܪܝܢ ܘܐܬܝܗܒ
6 ܠܡܣܟܢܐ. ܐܡܪ ܕܝܢ ܗܕܐ. ܠܘ ܡܛܠ ܕܥܠ ܡܣܟܢܐ ܒܛܝܠ
ܗܘܐ ܠܗ. ܐܠܐ ܡܛܠ ܕܓܢܒܐ ܐܝܬܘܗܝ ܗܘܐ. ܘܓܠܘܣܩܡܐ
7 ܐܝܬ ܗܘܐ ܠܗ. ܘܗܠܝܢ ܕܡܬܪܡܝܢ ܗܘܝ ܫܩܠ ܗܘܐ.· ܐܡܪ
ܗܟܝܠ ܝܫܘܥ. ܫܒܘܩܝܗ.· ¹ܠܝܘܡܐ ܕܩܒܘܪܬܐ ܕܝܠܝ ܢܛܪܬܗ.
8 ܠܡܣܟܢܐ ܓܝܪ ܒܟܠܙܒܢ ܐܝܬ ܠܟܘܢ ܥܡܟܘܢ. ܠܝ ܕܝܢ ܠܘ
9 ܒܟܠܙܒܢ ܐܝܬ ܠܟܘܢ.· ܝܕܥܘ ܗܟܝܠ ܟܢܫܐ ܣܓܝܐܐ ܡܢ
ܝܗܘܕܝܐ ܕܬܡܢ ܐܝܬܘܗܝ. ܘܐܬܘ ܠܘ ܡܛܠ ܝܫܘܥ ܒܠܚܘܕ.·
ܐܠܐ ܕܐܦ ܠܠܥܙܪ ܢܚܙܘܢ. ܗܘ ܕܐܩܝܡ ܡܢ
10 ܡܝܬܐ. ܐܬܡܠܟܘ ܕܝܢ ܪܒܝ ܟܗܢܐ. ܕܐܦ
11 ܠܠܥܙܪ ܢܩܛܠܘܢ.· ܡܛܠ ܕܣܓܝܐܐ ܡܛܠܬܗ ܐܙܠܝܢ ܗܘܘ

Judas filius Simonis, Scariota, qui futurus erat tradere eum,
5 Quare hoc unguentum non venditum eſt trecentis denariis, et
6 datum pauperibus? Dixit autem hoc, non quod de paupe-
ribus cura eſſet ei, ſed quia fur erat, et marſupium habebat, et
7 ea quæ injecta erant portabat. Dixit igitur Jeſus, Sine eam: † in
8 diem ſepulturæ meæ ſervavit illud. Pauperes enim ſemper habe-
9 tis vobiſcum, me autem non ſemper habetis. Cognoverunt igitur
turbæ multæ ex Judæis quod illic eſſet: et venerunt non propter
Jeſum tantum, ſed ut etiam Lazarum viderent, quem excitaverat a
10 mortuis. Conſultarunt autem principes Sacerdotum, ut et Laza-
11 rum interficerent: Quia multi propter eum abibant ex Judæis,

1 ܠܝܘܡܐ ܕܩܒܘܪܬܐ ܕܝܠܝ ܢܛܪܬܗ] In margine MSti ܕܠܝܘܡܐ ܕܩܒܘܪܬܐ ܕܝܠܝ ܬܛܪܝܘܗܝ

† in diem ſepulturæ meæ ſervavit illud] Lectio marg. Ut ad diem ſepulturæ meæ ſervet illud.

12 ܡܢ ܝܗ̈ܘܕܝܐ܆ ܘܡܗܝܡܢܝܢ ܗܘܘ ܒܝܫܘܥ܀ ܠܝܘܡܐ ܕܒܬܪܗ܆
ܟܢܫܐ ܣܓܝܐܐ ܗܘ ܕܐܬܐ ܠܥܐܕܐ܆ ܟܕ ܫܡܥܘ ܕܐܬܐ ܝܫܘܥ
13 ܠܐܘܪܫܠܡ܆ ܢܣܒܘ ܐܘܥܝܐ ܕܕܩ̈ܠܐ ܘܢܦܩܘ ܠܐܘܪܥܐ ܕܝܠܗ.
ܘܩܥܝܢ ܗܘܘ ܐܘܫܥܢܐ. ܡܒܪܟܐ ܗܘ ܗܘ ܕܐܬܐ ܒܫܡܗ
14 ܕܡܪܝܐ܆ ܡܠܟܐ ܕܐܝܣܪܝܠ܀ ܐܫܟܚ ܕܝܢ ܝܫܘܥ ܚܡܪܘܢܐ
15 ܘܝܬܒ ܥܠܘܗܝ. ܐܝܟܢܐ ܕܐܟܬܝܒ܆ ܠܐ ܬܕܚܠܝܢ ܒܪܬ
ܨܗܝܘܢ܆ ܗܐ ܡܠܟܟܝ ܐܬܐ܆ ܟܕ ܪܟܝܒ ܥܠ ܥܝܠܐ ܒܪ ܐܬܢܐ܀
16 ܗܠܝܢ ܕܝܢ ܠܐ ܝܕܥܘ ܬܠܡܝܕܘܗܝ ܡܢ ܩܕܝܡ. ܐܠܐ ܟܕ ܐܫܬܒܚ
ܝܫܘܥ܆ ܗܝܕܝܢ ܐܬܕܟܪܘ ܕܗܠܝܢ ܐܝܬܝܗܝܢ ܗܘܝ ܕܟܬܝ̈ܒܢ ܥܠܘܗܝ.
17 ܘܗܠܝܢ ܥܒܕܘ ܠܗ܆ ܣܗܕ ܗܘܐ ܗܟܝܠ ܟܢܫܐ ܗܘ ܕܐܝܬ
ܗܘܐ ܥܡܗ܆ ܟܕ ܠܠܥܙܪ ܩܪܐ ܡܢ ܩܒܪܐ ܘܐܩܝܡܗ ܡܢ
18 ܡܝ̈ܬܐ. ܡܛܠ ܗܕܐ ܐܦ ܐܪܥܗ ܗܘܐ ܟܢܫܐ܆ ܡܛܠ
19 ܕܫܡܥ ܕܗܕܐ ܐܬܐ ܥܒܝܕ ܗܘܐ܀ ܦܪ̈ܝܫܐ ܗܟܝܠ ܐܡܪܘ ܒܝܢ̈ܝܗܘܢ
ܠܘܬܗܘܢ. ܚܙܝܢ ܐܢܬܘܢ ܕܠܐ ܡܘܬܪܝܢ ܐܢܬܘܢ ܘܠܐ ܡܕܡ܀

et credebant in Jesum. Die crastino turba multa quæ veniebat 12
ad festum, quum audivissent quod Jesus veniret Hierosolymam,
Acceperunt ramos palmarum, et egressi sunt in occursum ejus, et 13
clamabant, Hosanna, Benedictus est qui venit in nomine Domini,
Rex Israelis. Invenit autem Jesus asellum, et sedit super eum, 14
sicut est scriptum, Ne timeas filia Sionis: ecce rex tuus venit, 15
sedens super pullum asinæ. Hæc autem non cognoverunt disci- 16
puli ejus primum: sed quum glorificatus esset Jesus, tunc recor-
dati sunt quod hæc essent scripta de eo, et hæc fecissent ei.
Testabatur ergo turba quæ erat cum eo, quum Lazarum vocavit 17
e sepulchro, et excitavit eum a mortuis. Propter hoc etiam oc- 18
currit ei turba, quia audivit quod hoc signum fecisset. Pha- 19
risæi igitur dixerunt inter se, Videtis quod non proficitis quic-

20 ܗܐ ܥܠܡܐ ※ ܟܠܗ ✓ ܐܙܠ ܒܬܪܗ ܀ ܐܝܬ ܗܘܘ ܕܝܢ
ܐܢܫܝܢ *ܚܢܦܐ ܡܢ ܗܢܘܢ ܕܣܠܩܘ ܐܝܟܢܐ ܕܢܣܓܕܘܢ ܒܥܐܕܐ. * ἕλληνες
21 ܗܢܘܢ ܗܟܝܠ ܩܪܒܘ ܠܘܬ ܦܝܠܝܦܘܣ ܗܘ ܕܡܢ ܒܝܬ
ܨܝܕܐ ܕܓܠܝܠܐ ܀ ܘܡܬܒܥܝܢ ܗܘܘ ܠܗ ܟܕ ܐܡܪܝܢ ܀ ܡܪܝ.
22 ܨܒܝܢ ܕܢܚܙܝܘܗܝ ܠܝܫܘܥ ܀ ܐܬܐ ܦܝܠܝܦܘܣ ܘܐܡܪ
ܠܐܢܕܪܐܘܣ. ܘܬܘܒ ܐܢܕܪܐܘܣ ܘܦܝܠܝܦܘܣ ܐܡܪܝܢ ܠܝܫܘܥ ܀
23 ܗܘ ܕܝܢ ܝܫܘܥ ܦܢܝ ܠܗܘܢ ܟܕ ܐܡܪ ܀ ܐܬܬ ܫܥܬܐ
24 ܕܢܫܬܒܚ ܒܪܗ ܕܐܢܫܐ ܀ ܐܡܝܢ ܐܡܝܢ ܐܡܪ ܐܢܐ ܠܟܘܢ.
ܕܐܢ ܦܪܕܬܐ ܕܚܛܬܐ ܠܐ ܢܦܠܐ ܒܐܪܥܐ ܘܬܡܘܬ ܀ ܗܝ
ܒܠܚܘܕܝܗ ܡܩܘܝܐ ܀ ܐܢ ܕܝܢ ܡܝܬܐ ܀ ܦܐܪܐ ܣܓܝܐܐ
25 ܝܗܒܐ ܀ ܡܢ ܕܪܚܡ ܢܦܫܗ ܢܘܒܕܝܗ. ܘܡܢ
ܕܣܢܐ ܢܦܫܗ ܒܥܠܡܐ ܗܢܐ ܀ ܠܚܝܐ ܕܠܥܠܡ
26 ܢܛܪܝܗ ܀ ܐܢ ܠܝ ܐܢܫ ܡܫܡܫ ܀ ܠܝ ܢܐܬܐ. ܘܐܝܟܐ
ܕܐܢܐ ܐܢܐ ܬܡܢ ܐܦ ܡܫܡܫܢܐ ܕܝܠܝ ܢܗܘܐ. ܘܐܢ ܐܢܫ

20 quam? ecce mundus ※ totus ✓ abit post eum. Erant autem qui-
21 dam Ethnici ex iis qui ascenderant ut adorarent in festo. Hi igitur
accesserunt ad Philippum qui *erat* a Bethsaida Galilææ, et roga-
22 bant eum, dicentes, Domine mi, volumus Jesum videre. Venit
Philippus et dicit Andreæ: et rursum Andreas et Philippus dicunt
23 Jesu. Ipse autem Jesus respondit iis, dicens, Venit hora ut glo-
24 rificetur Filius hominis. Amen amen dico vobis, Si granum tritici
non ceciderit in terram, et mortuum fuerit, ipsum solum manet:
25 si autem mortuum fuerit, fructus multos affert. Qui diligit ani-
mam suam, perdet eam: et qui odit animam suam in mundo hoc,
26 in vitam æternam servabit eam. Si mihi quis ministrat, me se-
quatur: et ubi sum ego, illic et minister meus erit. Et si quis

27 ܠܗ ܡܫܡܫ ܢܝܩܪܝܘܗܝ ܐܒܐ ܀ ܗܫܐ ܢܦܫܐ ܕܝܠܝ ܫܓܝܫܐ.
ܘܡܢܐ ܐܡܪ. ܐܒܝ ܦܨܝܢܝ ܡܢ ܫܥܬܐ ܗܕܐ ܀ ܐܠܐ
28 ܡܛܠܗܕܐ ܐܬܝܬ ܠܫܥܬܐ ܗܕܐ ܀ ܐܒܝ ܫܒܚ
ܫܡܐ ܕܝܠܟ[1]. ܐܬܐ ܗܘܐ ܩܠܐ ܗܟܝܠ ܡܢ ܫܡܝܐ ܟܕ
29 ܐܡܪ܀ ܘܫܒܚܬ ܘܬܘܒ ܡܫܒܚ ܐܢܐ. ܟܢܫܐ ܗܟܝܠ
ܗܘ ܕܩܐܡ ܗܘܐ ܘܫܡܥ. ܐܡܪ ܗܘܐ ܕܪܥܡܐ ܗܘܐ. ܐܚܪܢܐ
30 ܐܡܪܝܢ ܗܘܘ ܡܠܐܟܐ ܡܠܠ ܥܡܗ ܀ ܥܢܐ ܝܫܘܥ ܘܐܡܪ.
31 ܠܐ ܡܛܠܬܝ ܗܢܐ ܩܠܐ ܗܘܐ ܀ ܐܠܐ ܡܛܠܬܟܘܢ. ܗܫܐ ܕܝܢܐ
ܐܝܬܘܗܝ ܕܥܠܡܐ ܗܢܐ. ܗܫܐ ܐܪܟܘܢܐ ܕܥܠܡܐ ܗܢܐ ܢܫܬܕܐ
32 ܠܒܪ܀ ܘܐܢܐ ܐܢ ܐܬܬܪܝܡܬ ܡܢ ܐܪܥܐ܀ ܠܟܠܗܘܢ ܐܓܪܘܪ
33 ܠܘܬܝ. ܗܕܐ ܕܝܢ ܐܡܪ ܗܘܐ ܀ ܟܕ ܡܚܘܐ ܕܒܐܝܢܐ ܡܘܬܐ
34 ܥܬܝܕ ܗܘܐ ܠܡܡܬ ܀ [2]ܥܢܐ ܠܗ ܟܢܫܐ܀ ܚܢܢ ܫܡܥܢܢ

27 mihi miniſtrat, honorabit eum Pater. Nunc anima mea tur-
bata eſt: et quid dicam? Pater mi, ſerva me ex hora hac: ſed
28 propter hoc veni in horam hanc. Pater mi, glorifica † nomen
tuum. Venit ergo vox e cœlo, dicens, Et glorificavi, et iterum
29 glorificabo. Turba igitur quæ aſtabat et audiebat, dicebat quod
tonitru factum eſſet. Alii dicebant, Angelus loquutus eſt ei.
30 Reſpondit Jeſus, et dixit, Non propter me hæc vox facta eſt, ſed
31 propter vos. Nunc judicium eſt mundi hujus: nunc princeps
32 mundi hujus ejicietur foras. Et ego ſi exaltatus fuero a terra,
33 omnes traham ad me. Hoc autem dicebat, ſignificans qua morte
34 futurus eſſet mori. ‡ Reſpondit ei turba, Nos audivimus ex Lege,

1 ܫܡܐ ܕܝܠܟ] ...... In margine MSti ܠܒܪܐ (ܕܝܠܟ)

2 ܥܢܐ ܠܗ ܟܢܫܐ] (ܥܢܐ) ܗܟܝܠ (ܠܗ ܟܢܫܐ)

† nomen tuum] Lectio marg. Filium (tuum)

‡ reſpondit ei turba] (reſpondit) Igitur (ei turba)

ܡܢ ܢܡܘܣܐ܆ ܕܡܫܝܚܐ ܡܩܘܐ ܠܥܠܡ܂ ܘܐܝܟܢܐ ܐܢܬ ܐܡܪ
ܐܢܬ܆ ܕܙܕܩ ܕܢܬܬܪܝܡ ܒܪܗ ܕܐܢܫܐ܂ ܡܢܘ ܐܝܬܘܗܝ ܗܘ ܒܪܗ
35 ܕܐܢܫܐ܀ ܐܡܪ ܗܟܝܠ ܠܗܘܢ ܝܫܘܥ܂ ܬܘܒ ܡܥܛ ܙܒܢܐ
ܢܘܗܪܐ ܒܟܘܢ ܐܝܬܘܗܝ܂ ܗܠܟܘ ¹ ܥܕܡܐ ܕܢܘܗܪܐ ܐܝܬ ܠܟܘܢ܆
ܐܝܟܢܐ ܕܠܐ ܢܫܟܚܟܘܢ ܚܫܘܟܐ܂ ܗܘ ܕܡܗܠܟ ܒܚܫܘܟܐ܆ ܠܐ ܝܕܥ
36 ܠܐܝܟܐ ܐܙܠ܂ ܥܕܡܐ ܕܢܘܗܪܐ ܐܝܬ ܠܟܘܢ܆ ܗܝܡܢܘ ܒܢܘܗܪܐ܆
ܐܝܟܢܐ ܕܒܢܝ̈ܐ ܕܢܘܗܪܐ ܬܗܘܘܢ܀ ܗܠܝܢ ܡܠܠ ܝܫܘܥ ܘܐܙܠ ܐܬܛܫܝ
37 ܡܢܗܘܢ܂ ܟܕ ܕܝܢ ܗܠܝܢ ܐܬ̈ܘܬܐ ܥܒܕ ܗܘܐ ܩܕܡܝܗܘܢ܂
38 ܠܐ ܡܗܝܡܢܝܢ ܗܘܘ ܒܗ܂ ܐܝܟܢܐ ܕܡܠܬܗ ܕܐܫܥܝܐ ܗܘ ܢܒܝܐ
ܬܬܡܠܐ ܗܝ ܕܐܡܪ܆ ܡܪܝܐ ܡܢܘ ܗܝܡܢ ܠܫܡܥܢ ܕܝܠܢ܆ ܘܕܪܥܗ
39 ܕܡܪܝܐ ܠܡܢܘ ܐܬܓܠܝ܀ ܡܛܠ ܗܕܐ ܠܐ ܡܫܟܚܝܢ ܗܘܘ ܠܡܗܝܡܢܘ܂
40 ܡܛܠ ܕܬܘܒ ܐܡܪ ܐܫܥܝܐ܆ ܕܣܡܝ ܠܥܝ̈ܢܝܗܘܢ ܘܐܥܒܝ

quod Christus manet in æternum: et quomodo tu dicis, Oportet
35 exaltari Filium hominis? quis est hic Filius hominis? Dixit
igitur iis Jesus, Adhuc modico tempore lux in vobis est: am-
bulate † dum lucem habetis, ne tenebræ apprehendant vos. Et
36 qui ambulat in tenebris, non novit quo vadat. Dum lucem ha-
betis, credite in lucem, ut filii lucis sitis. Hæc loquutus est Je-
37 sus, et abiit, *et* abscondit se ab iis. Quum talia autem signa fe-
38 cisset coram iis, non credebant in eum: Ut sermo Esaiæ pro-
phetæ impleretur, quem dixit, Domine, quis credidit auditui
39 nostro, et brachium Domini cui revelatum est? Propter hoc non
40 poterant credere, quia iterum dixit Esaias, Excæcavit oculos
eorum, et ‡ obduravit cor eorum, ne videant oculis, et intelligant

¹ [ܥܕܡܐ ܕܢܘܗܪܐ ܐܝܬ ܠܟܘܢ] In margine MSti ܟܡܐ (ܕܢܘܗܪܐ ܐܝܬ ܠܟܘܢ)

† dum lucem habetis] Lectio marg. Quamdiu (lucem habetis)

‡ obduravit] *Vide Notas.*

[illegible]
41 [illegible]
42 [illegible]
[illegible]
43 [illegible]
44 [illegible]
[illegible]
45 [illegible]
46 [illegible]
47 [illegible]
[illegible]

corde, et convertantur, et ſanem eos. Hæc dixit Eſaias, quum 41
vidit † gloriam Dei, et loquutus eſt de eo. Veruntamen autem 42
et ex principibus multi crediderunt in eum: ſed propter Phari-
ſæos non confitebantur, ne extra ſynagogam fierent. Dilexerunt 43
enim gloriam hominum magis quam gloriam Dei. Jeſus autem 44
clamavit, et dixit, Qui credit in me, non credit in me, ſed in
eum qui miſit me. Et qui me videt, videt eum qui miſit me. 45
Ego lux in mundum veni, ut quiſquis credit me, in tenebris non 46
maneat. Et ſi quis audiverit ſermones meos, ‡ et non ſervaverit, 47
ego non judico eum: non enim veni ut judicem mundum, ſed

1 [illegible] In margine MSti [illegible]
2 [illegible] [illegible]
3 [illegible] [illegible]
† gloriam Dei] Lectio marg. (gloriam) Ejus.
‡ et non ſervaverit] (et non) Crediderit.

48 ܐܠܐ ܐܝܟܢܐ ܕܐܦܪܘܩ ܠܥܠܡܐ. ܗܘ ܕܡܣܠܐ ܠܝ ܘܠܐ
ܢܣܒ ܡ̈ܠܝ ܕܝܠܝ. ܐܝܬ ܠܗ ܗܘ ܕܕܐܢ ܠܗ. ܡܠܬܐ ܗܝ
49 ܕܡܠܠܬ: ܗܝ ܕܝܢܐ ܠܗ ܒܝܘܡܐ ܐܚܪܝܐ. ܡܛܠ ܕܗܘ
ܐܢܐ ܡܢܝ ܠܐ ܡܠܠܬ. ܐܠܐ ܐܒܐ ܗܘ ܕܫܕܪܢܝ. ܗܘ ܗܘ ܝܗܒ
50 ܠܝ ܦܘܩܕܢܐ ܡܢܐ ܐܡܪ ܘܡܢܐ ܐܡܠܠ. ܘܝܕܥ ܐܢܐ
ܕܦܘܩܕܢܗ ܚ̈ܝܐ ܕܠܥܠܡ ܐܝܬܝܗܘܢ. ܗܠܝܢ ܗܟܝܠ ܕܡܡܠܠ
ܐܢܐ. ܐܝܟܢܐ ܕܐܡܪ ܠܝ ܐܒܐ. ܗܟܢܐ ܡܡܠܠ Cap. XIII.
1 ܐܢܐ܀ ܩܕܡ ܕܝܢ ܥܐܕܐ ܕܦܨܚܐ: ܟܕ ܝܕܥ ܗܘܐ ܝܫܘܥ
ܕܐܬܬ ܫܥܬܗ ܕܢܥܒܪ. ܕܢܫܢܐ ܡܢ ܗܢܐ ܥܠܡܐ ܠܘܬ ܐܒܐ:
ܐܝܟ ܕܐܚܒ ܠܕܝܠܗ ܕܒܥܠܡܐ: ܠܫܘܠܡܐ
2 ܐܚܒ ܐܢܘܢ. ܘܟܕ ܚܫܡܝܬܐ ܗܘܬ: ܐܟܠܩܪܨܐ ܡܢ ܟܒܪ ܐܪܡܝ
ܗܘܐ ܒܠܒܐ ܕܝܗܘܕܐ ܒܪ ܫܡܥܘܢ ܣܟܪܝܘܛܐ: ܐܝܟܢܐ
3 ܕܢܫܠܡܝܘܗܝ܀ ܟܕ ※ ܕܝܢ ✓ ܝܕܥ ܗܘܐ ܝܫܘܥ ܕܟܠܡܕܡ ܝܗܒ
ܐܒܐ ܒܐܝ̈ܕܘܗܝ܀ ܘܕܡܢ ܐܒܐ ܢܦܩ ܘܠܘܬ ܐܠܗܐ ܐܙܠ܀

48 ut ſervem mundum. Qui rejicit me, et non accipit ſermones
meos, habet qui judicet eum: ſermo quem loquutus ſum, ille
49 judicabit eum die ultimo. Quia ego ex meipſo non loquutus
ſum: ſed Pater qui miſit me, ipſe dedit mihi mandatum quid
50 dicam, et quid loquar. Et ſcio quod mandatum ejus vita æterna
eſt. Quæ igitur loquor ego, ſicut dixit mihi Pater, ſic loquor.
1 Ante autem feſtum Paſchatis, quum ſciret Jeſus quod veniſſet hora Cap. XIII.
ejus ut tranſiret ex hoc mundo ad Patrem, *quum* dilexiſſet ſuos qui
2 in mundo *erant*, ad finem dilexit eos. Et quum cœna facta eſſet,
(diabolus jam injecerat in cor Judæ filii Simonis Scariotæ, ut tra-
3 deret eum:) Quum ※ autem ✓ ſciret Jeſus quod omnia dediſſet
Pater in manus ejus, et quod a Patre exiiſſet, et ad Deum abiret,

* τα ιματια ܩܐܡ ܡܢ ܚܫܡܝܬܐ ܘܣܐܡ *ܡܐܢܘܗܝ. ܘܟܕ ܢܣܒ ܣܕܘܢܐ ܐܣܪ 4
* ειτα ܒܗ ܠܗ. *ܒܬܪܟܢ ܪܡܐ ܡܝܐ ܒܡܫܝܓܬܐ. ܘܫܪܝ ܠܡܫܝܓܘ 5
ܪ̈ܓܠܐ ܕܬܠܡܝ̈ܕܐ. ܘܠܡܫܘܫܦܘ ܒܣܕܘܢܐ ܗܘ ܕܐܣܝܪ ܗܘܐ. ܐܬܐ 6
ܗܟܝܠ ܠܘܬ ܫܡܥܘܢ ܟܐܦܐ. ܘܐܡܪ ܠܗ ܗܘ. ܡܪܝܐ.
ܐܢܬ ܡܫܝܓ ܐܢܬ ܠܝ ܪ̈ܓܠܝ. ܥܢܐ ܝܫܘܥ ܘܐܡܪ 7
ܠܗ. ¹ܗܘ ܕܐܢܐ ܥܒܕ ܐܢܐ. ܐܢܬ ܠܐ ܝܕܥ ܐܢܬ ܗܫܐ. ܬܕܥ ܕܝܢ
ܒܬܪܟܢ. ܐܡܪ ܠܗ ܫܡܥܘܢ ܟܐܦܐ. ܠܐ ܬܫܝܓ ܐܢܬ ܠܝ 8
ܪ̈ܓܠܝ ܕܝܠܝ ܠܥܠܡ. ܥܢܐ ܠܗ ܝܫܘܥ. ܐܢ ܠܐ ܡܫܝܓ ܐܢܐ ܠܟ.
ܠܝܬ ܠܟ ܡܢܬܐ ܥܡܝ. ܐܡܪ ܠܗ ܫܡܥܘܢ ܟܐܦܐ. 9
ܡܪܝܐ. ܠܐ ܪ̈ܓܠܝ ܕܝܠܝ ܒܠܚܘܕ. ܐܠܐ ܐܦ ܐܝ̈ܕܝ ܘܪܫܝ. ܐܡܪ 10
ܠܗ ܝܫܘܥ. ܗܘ ܕܣܚܐ ܠܐ ܐܝܬ ܠܗ ܣܘܢܩܢܐ ܐܠܐ ܪ̈ܓܠܘܗܝ
ܠܡܫܝܓܘ. ܐܠܐ ܐܝܬܘܗܝ ܕܟܝܐ ܟܠܗ. ܐܦ ܐܢܬܘܢ # ܕܝܢ ✓
ܕܟܝ̈ܐ ܐܢܬܘܢ. ܐܠܐ ܠܐ ܟܠܟܘܢ. ܝܕܥ ܗܘܐ ܓܝܪ ܠܗܘ 11

Surgit a cœna, et deponit veſtimenta ſua: et quum accepiſſet 4
ſindonem, cinxit ſeipſum. Deinde injicit aquam in pelvim, et 5
cœpit lavare pedes diſcipulorum, et abſtergere ſindone qua cinctus
erat. Venit igitur ad Simonem Petrum: et dixit ei ille, Domine, 6
tu lavas mihi pedes meos? Reſpondit Jeſus, et dixit ei, † Quod 7
ego facio, tu neſcis nunc, ſcies autem poſtea. Dicit ei Simon 8
Petrus, Non lavabis mihi pedes meos in æternum. Reſpondit ei
Jeſus, Si non lavero te, non habes partem mecum. Dicit ei 9
Simon Petrus, Domine, non pedes meos tantum, ſed et manus
meas et caput. Dicit ei Jeſus, Qui lotus eſt, non habet opus 10
niſi *ut* pedes ejus lavet, ſed eſt mundus totus: et vos # autem ✓
mundi eſtis, ſed non omnes vos. Norat enim eum qui traditurus 11

1 ܗܘ ܕܐܢܐ ܥܒܕ ܐܢܐ] In margine MSti (ܗܘ ܕܐܢܐ ܥܒܕ ܐܢܐ) ܠܟ

† quod ego facio] Lectio marg (quod ego facio) Tibi.

ܕܡܫܠܡ ܠܗ. ܡܛܠ ܗܢܐ ܐܡܪ ܕܠܐ ܟܠܟܘܢ ܕܟܝ̈ܐ ܐܢܬܘܢ܀
12 ܟܕ ܗܟܝܠ ܐܫܝܓ ܪ̈ܓܠܐ ܕܝܠܗܘܢ܆ ܘܢܣܒ ܡܐܢ̈ܐ ܕܝܠܗ܆ ܟܕ
ܐܣܬܡܟ ܬܘܒ. ܐܡܪ ܠܗܘܢ܆ ܝܕܥܝܢ ܐܢܬܘܢ ܡܢܐ ܥܒܕܬ
13 ܠܟܘܢ܀ ܐܢܬܘܢ ܩܪܝܢ ܠܝ ܡܠܦܢܐ ܘܡܪܝܐ. ܘܫܦܝܪ ܐܡܪܝܢ
14 ܐܢܬܘܢ. ܐܝܬܝ ܓܝܪ܀ ܐܢ ܗܟܝܠ ܐܢܐ ܡܪܝܐ ܘܡܠܦܢܐ ܪ̈ܓܠܐ
ܕܝܠܟܘܢ ܐܫܝܓܬ܆ ܐܦ ܐܢܬܘܢ ܚܝܒܝܢ ܐܢܬܘܢ ܠܡܫܝܓܘ ܪ̈ܓܠܐ
15 ܕܚܕ̈ܐ. ܠܐܚܪ̈ܢܐ ܓܝܪ ܚܘܝܬ ܠܟܘܢ. ܕܐܝܟܢܐ ܕܐܢܐ ܥܒܕܬ
16 ܠܟܘܢ܆ ܐܦ ܐܢܬܘܢ ܬܥܒܕܘܢ܀ ܐܡܝܢ ܐܡܝܢ ܐܡܪ ܐܢܐ ܠܟܘܢ܆
ܕܠܐ ܐܝܬ ܥܒܕܐ ܕܪܒ ܡܢ ܡܪܗ܆ ܘܠܐ ܫܠܝܚܐ ܕܪܒ ܡܢ
17 ܗܘ ܕܫܕܪܗ. ܐܢ ܗܠܝܢ ܝܕܥܝܢ ܐܢܬܘܢ܆ ܛܘܒܝܟܘܢ ܐܢܬܘܢ܆
18 ܐܢ ܥܒܕܝܢ ܐܢܬܘܢ ܠܗܝܢ܀ ܠܐ ܥܠ ܟܠܟܘܢ ܐܡܪ ܐܢܐ. ܐܢܐ ܝܕܥ
ܐܢܐ ܠܐܝܠܝܢ ܕܓܒܝܬ. ܐܠܐ ܐܝܟܢܐ ܕܟܬܒܐ ܢܫܬܡܠܐ܆ ܕܗܘ
19 ܕܐܟܠ ܥܡܝ ܠܚܡܐ ܐܪܝܡ ܥܠܝ ܥܩܒܗ. ܡܢ ܗܫܐ
ܐܡܪ ܐܢܐ ܠܟܘܢ܆ ܥܕܠܐ ܢܗܘܐ. ܐܝܟܢܐ ܕܡܐ ܕܗܘܐ ܬܗܝܡܢܘܢ

erat illum: propter hoc dixit, Non omnes vos mundi eſtis.
12 Quum igitur laviſſet pedes eorum, et accepiſſet veſtimenta ſua,
13 diſcumbens iterum, dixit iis, Scitis quid fecerim vobis? Vos vo-
14 catis me, Magiſter et Domine, et bene dicitis: ſum enim. Si
ergo ego, Dominus et Magiſter, pedes veſtros lavi, et vos debetis
15 lavare pedes alii aliorum. Exemplum enim dedi vobis, ut
16 quemadmodum ego feci vobis, et vos faciatis. Amen amen
dico vobis, quod non eſt ſervus major quam Dominus ejus,
17 neque apoſtolus major quam ille qui miſit eum. Si hæc ſci-
18 tis, beati eſtis ſi feceritis ea. Non de omnibus vobis dico: ego
ſcio quos elegerim: ſed ut Scriptura impleatur, Qui comedit
19 mecum panem, ſuſtulit contra me calcaneum ſuum. Ex hoc tem-
pore dico vobis priuſquam fiat, ut quum factum fuerit, credatis

20 ܕܐܢܐ ܐܢܐ܀ ܐܡܝܢ ܐܡܝܢ ܐܡܪ ܐܢܐ ܠܟܘܢ܆ ܕܗܘ ܕܡܩܒܠ
ܠܡܢ ܕܐܢ ܐܫܕܪ. ܠܝ ܡܩܒܠ. ܗܘ ܕܝܢ ܕܠܝ ܡܩܒܠ܆
21 ܡܩܒܠ ܠܗܘ ܕܫܕܪܢܝ܀ ܗܠܝܢ ܟܕ ܐܡܪ ܝܫܘܥ܆ ܐܬܬܙܝܥ
ܒܪܘܚܐ. ܘܐܣܗܕ ܘܐܡܪ. ܐܡܝܢ ܐܡܝܢ ܐܡܪ ܐܢܐ ܠܟܘܢ܆
22 ܕܚܕ ܡܢܟܘܢ ܡܫܠܡ ܠܝ܀ ܚܝܪܝܢ ܗܘܘ ܗܟܝܠ ܒܚܕܕܐ
ܬܠܡܝܕܐ܆ ܟܕ ܡܬܦܠܓܝܢ ܗܘܘ ܕܥܠ ܡܢܘ ܐܡܪ܀
23 ܐܝܬ ܗܘܐ * ܕܝܢ ✓ ܕܣܡܝܟ ܚܕ ܡܢ ܬܠܡܝܕܐ ܕܝܠܗ ܒܥܘܒܗ
24 ܕܝܫܘܥ܆ ܠܗܘ ܕܪܚܡ ܗܘܐ ܝܫܘܥ. ܪܡܙ[1] ܠܗ ܗܘ ܗܟܝܠ
ܫܡܥܘܢ ܦܛܪܘܣ ܕܢܫܐܠܝܘܗܝ ܐܝܢܐ ܐܝܬܘܗܝ ܗܘ
25 ܕܥܠܘܗܝ ܐܡܪ܀ ܟܕ ܢܦܠ [2]ܕܝܢ ܗܘ ܗܟܢ ܥܠ ܚܕܝܗ ܕܝܫܘܥ܆
26 ܐܡܪ ܠܗ. ܡܪܝ. ܡܢܘ ܐܝܬܘܗܝ. [3]ܡܥܢܐ ܝܫܘܥ. ܗܘ

quod ego sum. Amen amen dico vobis, Qui accipit quem- 20
cunque misero, me accipit: qui autem me accipit, accipit eum
qui misit me. Hæc quum dixisset Jesus, turbatus est spiritu, 21
et testatus est, et dixit, Amen amen dico vobis, quod unus ex
vobis tradet me. Aspiciebant igitur alii ad alios discipuli, hæsi- 22
tantes de quo diceret. Erat * autem ✓ recumbens unus ex disci- 23
pulis ejus in sinu Jesu, quem diligebat Jesus. † Innuit ei igitur 24
Simon Petrus, ut interrogaret eum, quis esset ille de quo diceret.
Quum cecidisset ‡ autem ille super pectus Jesu, dicit ei, Domine, 25
quis est? ‖ Respondit Jesus, Ille est cui ego intingens panem 26

1 [ܪܡܙ ܠܗ] In margine MSti (ܪܡܙ) ܠܗܢܐ

2 [ܕܝܢ] ܗܟܝܠ

3 [ܡܥܢܐ ܝܫܘܥ] (ܡܥܢܐ) ܗܟܝܠ (ܝܫܘܥ)

† innuit ei] Lectio marg. (innuit) Huic.

‡ autem] Igitur.

‖ respondit Jesus] (Respondit) Igitur (Jesus)

ܐܝܬܘܗܝ܂ ܠܗܘ ܕܐܢܐ ܡܢ ܨܒܥ ܐܢܐ ܠܚܡܐ ܝܗܒ܀ ¹ܘܟܕ ܨܒܥ
27 ܠܚܡܐ܂ ܝܗܒ ܠܝܗܘܕܐ ܒܪ ܫܡܥܘܢ ܣܟܪܝܘܛܐ܂ ܘܒܬܪ
ܠܚܡܐ܂ ܗܝܕܝܢ ܥܠ ܒܗܘ ܣܛܢܐ܀ ܐܡܪ ܗܟܝܠ ܠܗ ܝܫܘܥ܂
28 ܡܕܡ ܕܥܒܕ ܐܢܬ܂ ܥܒܕ ܥܓܠ܂ ܗܕܐ ܕܝܢ ܠܐ ܐܢܫ ܝܕܥ ܡܢ
29 ܗܢܘܢ ܕܣܡܝܟܝܢ ܗܘܘ܂ ܠܡܢܐ ܐܡܪ ܠܗ܂ ܐܢܫܝܢ ܓܝܪ
ܡܣܒܪܝܢ ܗܘܘ܂ ܡܛܠ ܕܓܠܘܣܩܡܐ ܐܝܬ ܗܘܐ ܠܝܗܘܕܐ܂
ܕܐܡܪ ܠܗ ܝܫܘܥ܂ ܙܒܢ ܡܕܡ ܕܣܢܝܩܝܢ ܐܝܬ ܠܢ ܠܥܐܕܐ܂
30 ܐܘ ܕܠܡܣܟܢܐ ܡܕܡ ܢܬܠ܀ ܟܕ ܢܣܒ ܗܟܝܠ ܗܘ ܠܠܚܡܐ܂
31 ܡܚܕܐ ܢܦܩ܂ ܐܝܬܘܗܝ ܗܘܐ ܕܝܢ ܠܠܝܐ ܟܕ ܢܦܩ܀ ܐܡܪ
ܝܫܘܥ܂ ܗܫܐ ܐܫܬܒܚ ܒܪܗ ܕܐܢܫܐ܂ ܘܐܠܗܐ ܐܫܬܒܚ ܒܗ܂
32 ܐܦ ܐܠܗܐ ܡܫܒܚ ܠܗ ܗܘ ܒܗ܂ ܘܡܚܕܐ ܡܫܒܚ
33 ܠܗ܂ *ܒܢܝ܂ ܬܘܒ ܩܠܝܠ ܙܒܢܐ ܥܡܟܘܢ ܐܢܐ܂ ܬܒܥܘܢܢܝ܂ * τεκνια

dabo. †Et quum intinxiſſet panem, dedit Judæ filio Simonis
27 Scariotæ. Et poſt panem tunc ingreſſus eſt in eum Satanas.
28 Dicit igitur ei Jeſus, Quod facis, fac cito. Hoc autem nemo
29 ſcivit ex iis qui diſcumbebant, ad quid dixiſſet ei. Quidam
enim putabant, quia marſupium habebat Judas, quod diceret
ei Jeſus, Eme eá quibus opus habemus ad feſtum; aut ut pauperi-
30 bus aliquid daret. Quum accepiſſet igitur ille panem, ſtatim
31 egreſſus eſt. Erat autem nox, quum egreſſus eſt. Dicit Jeſus,
Nunc glorificatus eſt Filius hominis, et Deus glorificatus eſt in eo.
32 Et Deus glorificabit eum in ſeipſo; et ſtatim glorificabit eum.
33 Filii mei, adhuc exiguum tempus vobiſcum ſum. Quæretis me,

¹ ܘܟܕ ܨܒܥ ܠܚܡܐ܂ ܝܗܒ] In margine MSti (ܘܟܕ ܨܒܥ ܠܚܡܐ) ܢܣܒ ܘܝܗܒ

† et quum intinxiſſet panem, dedit] Lectio marg. (et quum intinxiſſet panem) Accepit et dedit. *Vid. Not.*

[Syriac text]
[Syriac text] 34
[Syriac text]
[Syriac text] 35
[Syriac text] [1] 36
[Syriac text]
[Syriac text]
[Syriac text] 37
[Syriac text]
[Syriac text] 38
[Syriac text]
CAP. XIV. [Syriac text] 1
* [Syriac text] 2

et ſicut dixi Judæis, Quo vado ego, vos non poteſtis venire: et
vobis dico nunc. Mandatum novum do vobis, ut diligatis alii 34
alios: ſicut dilexi vos, ut et vos diligatis alii alios. In hoc cog- 35
noſcent omnes quod diſcipuli mei eſtis, † ſi dilectionem habue-
ritis alii in alios. Dicit ei Simon Petrus, Domine, quo vadis? 36
Reſpondit ei Jeſus, Quo vado, non potes nunc ſequi me, poſtea
autem ſequeris. Dicit ei Petrus, Domine, Quare non poſſum 37
ſequi te nunc? animam meam pro te deponam. Reſpondit Jeſus, 38
Animam tuam pro me depones? Amen amen dico tibi, quod
CAP. XIV. non cantabit gallus, donec abnegaveris me tribus ÷ vicibus ↙. Ne 1
turbetur cor veſtrum: credite in Deum, et in me credite. In 2
domo Patris mei manſiones multæ ſunt; alioqui dixiſſem vobis:

1 [Syriac text] ] In margine MSti [Syriac text]

† ſi dilectionem habueritis alii ad alios] Lectio marg. (ſi) Dilexeritis alii alios.

ܡܫܪ̈ܝܬܐ ܐܝܬܝܗܝܢ. ܘܐܢ ܕܝܢ ܠܐ ܐܡܪ ܗܘܝܬ ܠܟܘܢ.
3 ܕܐܙܠ ܐܢܐ ܕܐܛܝܒ ܠܟܘܢ ܕܘܟܬܐ. ܘܐܢ ܐܙܠ ܘܐܛܝܒ ܠܟܘܢ
ܕܘܟܬܐ. ܬܘܒ ܐܬܐ ܘܐܕܒܪܟܘܢ ܠܘܬܝ. ܕܐܝܟܐ ܕܐܢܐ ܐܝܬܝ.
4 ܐܦ ܐܢܬܘܢ ܬܗܘܘܢ ܐܢܬܘܢ. ܘܠܐܝܟܐ ܕܐܢܐ ܐܙܠ ܐܢܐ ܝܕܥܝܢ
5 ܐܢܬܘܢ. ܘܠܐܘܪܚܐ ܝܕܥܝܢ ܐܢܬܘܢ. ܐܡܪ ܠܗ ܬܐܘܡܐ.
ܡܪܝܐ. ܠܐ ܝܕܥܝܢ ܠܐܝܟܐ ܐܙܠ ܐܢܬ. ܘܐܝܟܢܐ ܡܫܟܚܝܢܢ
6 ܐܘܪܚܐ ܠܡܕܥ. ܐܡܪ ܠܗ ܝܫܘܥ. ܐܢܐ ܐܝܬܝ ܐܘܪܚܐ
ܘܫܪܪܐ ܘܚܝܐ. ܠܐ ܐܢܫ ܐܬܐ ܠܘܬ ܐܒܐ ܐܠܐ ܐܢ ܒܐܝܕܝ.
7 ܐܠܘ ܠܝ ܝܕܥܝܢ ܗܘܝܬܘܢ. ܐܦ ܠܐܒܐ ܕܝܠܝ ܝܕܥܝܢ
ܗܘܝܬܘܢ. ܘܡܢ ܗܫܐ ܝܕܥܝܢ ܐܢܬܘܢ ܠܗ. ܘܚܙܝܬܘܢܝܗܝ.
8 ܐܡܪ ܠܗ ܦܝܠܝܦܘܣ. ܡܪܝܐ. ܚܘܐ ܠܢ ܠܐܒܐ ܘܡܣܦܩ
9 ܠܢ. ܐܡܪ ܠܗ ܝܫܘܥ. ܟܠܗ ܗܢܐ ܙܒܢܐ ܥܡܟܘܢ ܐܢܐ.
ܘܠܐ ܝܕܥܬܢܝ ܦܝܠܝܦܐ. ܗܘ ܕܚܙܢܝ ܚܙܐ ܠܐܒܐ. ܘܐܝܟܢܐ
10 ܐܢܬ ܐܡܪ ܐܢܬ ܚܘܐ ܠܢ ܠܐܒܐ. ܠܐ ܡܗܝܡܢ ܐܢܬ ܕܐܢܐ

3 quia vado ut parem vobis locum. Et ſi abiero, et paravero vobis
locum, iterum veniam, et accipiam vos ad me: ut ubi ſum ego,
4 5 et vos ſitis. Et quo ego vado ſcitis, et viam ſcitis. Dicit ei
Thomas, Domine, neſcimus quo vadis; et quomodo poſſumus
6 viam ſcire? Dicit ei Jeſus, Ego ſum via, et veritas, et vita:
7 nemo venit ad Patrem niſi per me. Si me noſſetis, et Patrem
meum noſſetis: et ex hoc tempore noſtis eum, et vidiſtis eum.
8 Dicit ei Philippus, Domine, oſtende nobis Patrem, et ſufficit
9 nobis. Dicit ei Jeſus, Totum hoc tempus vobiſcum ſum, et
non noſti me, Philippe? Qui vidit me, vidit Patrem: et quo-
